R efecti pticipatione Compl.
muneris sacris q̄s dñe ds nr
vt quiul exeq̄mur cultū sentia-
mus effectum. P dñm nostꝛ
Praxedis virginis.
Loquebar de testimoniis
tuis in conspectu regū et non con
fundebar et meditabar i māda
tis tuis que dilexi nimis P Be
ati imaculati in via qui ambulāt
in lege domini. Collecta.
Oa nobis q̄s ops d⁹:
vt q̄ beate praxedis vir-

ginis tue natalicia colimus: et annua solennitate letemur et cante fidei pficiam' exẽplo. ℣. Epla. Mulierẽ fortez ꝙs inuenit. ca.lxxxv. Graduale Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. ℟ Propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluia ℟ Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Euangeliũ. Similé est regnũ celoruz thesauro. ca.lxxxiij. Offert. Diffusa ẽ gra in labijs tuis propterea bñdixit te deus in eternũ et in seculũ seculi. Secreta. Suscipe dñe munus oblatũ ob honorẽ beate praxedis virginis tue: ꝙ qđ nris meritis assequi non valemus. ei' suffragantibus meritis largire pius. ℣. dñm no. Comũ. Similé est regnũ celoz hoi negociatori quereti bonas margaritas inuenta una pciosa margarita dedit omia sua et comparauit eam. Complenda Quesumus dñe deus noster ut interuentu beate praxedis virginis tue ꝙ sacrosctã mysteria que sumpsim'. ꝙ pñtis vite subsidia capiam' ꝙ future. ℣. Marie magdalene.

Audeamus omẽs in dño diem festum celebrãtes in honore marie magdalene de cuius solẽnitate gaudent angeli et collaudant filium dei ℣ Eructauit cor meum verbum bonũ dico ego opera mea regi. Collecta.

Beate marie magdalene ꝙs dñe meritis adiuuemur. cuius precibus exoratus quatriduanũ eius frẽm mortuũ viuũ ab inferis resuscitasti. Qui viuis ꝙ regnas. ℣. Lectulo Lectio libri Sapie meo per noctes quesiui quem diligit anima mea: quesiui illum ꝙ non inueni. Surgam et circuibo ciuitatem: per vicos et plateas queram quem diligit anima mea. Quesiui illũ et non inueni. Inuenerũt me vigiles: qui custodiunt ciuitatem. ℣. Num quem diligit anima mea vidistis: Paululum cum pertransissem eos: inueni quem diligit anima mea:

Tenui cum nec dimittam donec introducam illum in domum matris mee: ⁊ in cubiculum genitricis mee. Ex. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. ℣ Propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie.

Alleluia ℣ Maria hec est illa cui dimisisti multum domine iesu christe. quia te dilexit vehementer.

Sequentia.

Vultibi christe qui es creator et redemptor idem et saluator. Celi terre maris angelorum et hominum. Quem solum deum confitemur et hominem. Qui peccatores venisti ut saluos faceres. Sine peccato peccati assumēs formulā. Quorum de grege ut chananeā mariam visitasti magdalenā. Et ademptā mensa verbi diuini illā micis hanc refouēs poculis. In domo simonis leprosi conuiuiis ac cubās typicis. Murmurat pharisseus ubi plorat femina criminis conscia. Peccator contemnit compeccantem peccati nescius penitentem exaudis emundas fedam adamas ut pulchram fatias. Tedes amplectimur domini cos lachrymis lauat tergit crinibus lauanda tergēda unguēto unxit oculis circuit. Hec sunt conuiuia que tibi placent o patris sapientia. Nam de virgine qui non dedignaris tangi a peccatrice. A pharisseo es inuitatus marie fercula sumpsisti. Multū dimittis multum amanti nec crimen postea reprenti. Promouis eam septem mundas spūformis spiritus. Ex mortuis te resurgentem das cunctis videre priorem. Ac christe proselitā signas ecclesiam quam ad filiorum mensam vocas alienigenā. Quam inter conuiuia legis et gratie spernit pharisei fastus lepra vexat heretica. Qualis sit tu scis tāgit te quia peccatrix quia venie optatrix. Quid nam haberet egra si non accepisset si nō medicus adesset. Rex regum dimes in omnes nos salua peccatorum tergens cuncta crimina sanctorum spes et gloria.

Euangeliū.

Rogabat iesum quidam pharisseus. Feria.v. post dominicā Judica i. xl. fo. lxxiiij.

Translatio trium Regum — eodem die translatio Felicis et Nabor[is]

Credo dicitur. Offert.
Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate
Munera nostra Secreta.
quesum⁹ dñe beate marie magdalene gloriosis meritis tibi reddantur accepta. cui⁹ oblationis obsequium unigenitus filius tuus clementer suscepit impensum. Per eundem.
Ecce vobis gaudium Com.
euangelis dei super uno peccatore penitentiā agente. Compl.
Sumpto dñe unico ac singulari remedio, corpore sāguine et pretioso sanguine tuo: ab omnibus malis beate marie magdalene pīcinio exuamur. Qui vivis. In translatione sanctorum trium regū. Cantus cum Epla et Euangelio. ut supra in epyphania dñi.
Deus qui es regū Coll.
omniū corona et confessorum gloria ānue nobis beatorum magorū tuoꝝ iaspar balthasar melchior pia apd te expiri patrocinia: ut p tuaꝝ quam in eorum glorificam⁹ memoria magnificentiā. coronā vite diligētib⁹ te pīpiamus repromissam. Per dñm.

Eodem die Trāslatio scōrū Felicis et Naboris. Collecta.

Letet ecclesia tua ds beatorū martyrū tuoꝝ felicis et naboris confisa suffragijs. atq; eorum precib⁹ gloriosis et deuota pmaneat et secura consistat. Per. Jtē Appllinaris
Deus q̄ nos beati appollinaris martyris tui cōtinua solemnitate letificas. concede ꝓpic⁹ ut cuius natalicia colim⁹. p ei⁹ us ad te exēpla gradiamur.
Alleluia v Vox exultatiōis et salutis in tabernaculis iustoꝝ.
Diesta[i] sa- Sequēcia.
crosancte militans cum triumphāte iubilet ecclesia. Sic versetur laus i ore ne fraudetur cor sapore quo deguster dulcia.
Bethonam parit virgo prolez nouum monstrat stella solem currum ad presepia Re eges magi er non vagi. sed prefagi gaudēt agi stelle luce preuia. Trium regū trinū mun⁹ christ⁹ hō de⁹ vn⁹

vnus in substantia. Deus tri-
nus in psonis adorat tribus do-
nis vnus in essentia. Myrrhã
ferunt thus et aurum plus pen-
santes quã thesaurũ typum sub-
quo veritas. Tria dona tres fi-
gure rex in auro deus thure in
myrrha mortalitas. Thuris
odor deitatem auri splendor di-
gnitatẽ regal' potẽtie. Myrrha
caro verbo nupta p qd̃ mãet in-
corupta caro carens carie. Ab
helena crux inuẽta hec eadem p'
intenta congregandis regibus.
Reges olim pegrini ornant or-
bem constãtini allatis corporib'
Tandem inde sunt translati cõ-
mẽdati ciuitati sui nomẽ ambro-
sia. Per inuentos per trãslatos
dei mutu sibi datos colit hos co-
lonia. Omnus dedit occidẽti qd̃
tres reges per inuenti excolũt co-
loniam. Nunqua locum muta-
turi nec vtrolim reuersuri sume p
viam aliam. Colũt reges pro-
pter regẽ summi regis seruãte le-
gem coloni colonie. Nos in fi-
de sumus riui hi sunt fontes pri-
mitiui gentiũ primicie. Tu nos
ab hac triste valle: duc ad chri-
stum recto calle p hoc suffragia.
Ubi patris vbi tui et amoris
sacri frui mereamur gloria.

Suscipe clemẽtis- Secreta.
sime de' has oblatiões quas
in tui veneratiõe et tratorum
magoꝝ tuoꝝ iaspar baltha-
sar melchior cõmemoratõe ti-
bi dño deo viuo et vero offeri-
mus: vt per hec sancta sacrifi-
cia et magoꝝ tuorũ gloriosa
suffragia ab omnib' inimico-
rum nrõꝝ insidijs nos libe-
res. et a cunctis huius mundi
periculis eripias et ad gau-
dia eterna perducas. ℣ dñus

Suscipe domine mu- Alia.
nera que in eorum tibi cõme-
moratione deferimus. quoꝝ
nos confidimus patrocinio
libereari. ℣ dñus no. Alia.

Laudis tue domine hostias
immolamus in tuorum cõ-
memoratione sanctorum q̃-
bus et nos presentib' regni ma
lis confidimus et futuris. ℣
Prefatio quotidiana. Cõ
Vidimus stellam eius in orie-
te et venimus cum muneribus
adorare eum. Complenda

Iacobi Apostoli

CC XXVI

Beatoꝝ magoꝝ tuorum ia
spar balthasar melchior qs
dñe intercessio gloriosa nos
vbiqꝫ protegat ꝛ te adiuuet:
vt p hec sancta que sumpsim⁹
sacramēta a pcōꝝ nr̄oꝝ vin-
culis nos absoluat. ꝛ ab om-
nibus inimicis tueat semper ꝛ
muniat ꝛ ad tuam presentiā
te duante pducat. ℟. Filia
Sanctifica dñe familiam tuā
cum muneribus sacris: eorū
qs semp̄ interuentiōe nos re-
foue quoꝝ memoriā celebra
mus. ℟ dñm nostrū. Filia.
Refecti cibo potuqꝫ celesti dñe
deus noster te supplices exora-
mus: vt in cuius hec cōmemo-
ratione pcepim⁹ eius munia-
mur ꝛ pāibus. ℟ dñm nr̄m.

Iacobi apostoli. Int.
Dhi aūt nimis honorati
sunt amici tui deus nimis cōfor-
tatus est principatus eoruꝫ. ℣
Dñe probasti me et cognouisti
me tu cognouisti sessionē meam

Esto dñe plebi Collect.
tue sanctificator ꝛ custos
vt apostoli tui iacobi munita
presidijs. ꝛ cōuersatione tibi
placeat ꝛ secura deseruiat. ℟.
Epla. In nō estis vp. ca. lxiiij
Nimis honorati sunt Gr.
amici tui d⁹ eus nimis cōfortatus
est principatus eoꝝ. ℣ Dimūe-
rabo eos et sup̄ arenā multipli-
cabuntur. Alla ℣ Per man⁹
aūt apl̄oꝝ fiebant signa et pro-
digia in plebe. Euangel. Ac-
cessit ad iesum mater filioruꝫ
zebedei R feria. iiij. post dñicā
Reminiscere fol. xlvij Offert
In oēm terram exiuit son⁹ eoꝝ
et in fines orbis terre verba eoꝝ

Oblationes ppu- Secret.
litui dñe qnīs beati apostoli
tui iacobi passio beata conci-
liet: ꝛ que nostris nō apta sūt
meritis fiant tibi placita eius
intercessione. ℟ dñm nostrū
iesum christum filium tuum.
Qui tecum viuit. Cōm.
Vos qui secuti estis me sedebi-
tis super sedes iudicātes duode-
cim tribus israel dicit dominus.
Beati apostoli tui Complē.
iacobi cuius hodie festiuitate
corpore ꝛ sanguine tuo nos
refecisti quesumus domine in
tercessione nos adiuua. pro

Christofori

Anne matris marie

cuius solennitate plepim⁹ tua
sancta letantes. Qui vi.
Christoferi martyris. Qd q-
dem festum licet ipso die san-
ci iacobi eueniat: cm̃ sancta co
lonien̄sis maior ecclesia die se
quenti obseruat. Introitus
Lætabit̄ iustus i dño et spe-
rabit in eo et laudabunt̄
omnes recti corde. ℣ Exaudi
deus orationem meam cui de-
precor a timore inimici eripe ani
mam meam. Gloria. Collect.
Ostiuus nos dñe qm̃s
beati christoferi martyr-
is tui natalis semper exspi-
at: qui i iocūditatē nobis sue
glorificatiōis infundat i ti-
bi nos reddat acceptos. ℟ d̃
Epla. Beatus vir qui inuē-
tus. ii.lxxi. Graduale
Posuisti dñe super caput eius
coronam de lapide precioso ℣
Desiderium anime eius tribuisti ei
et volūtate labiorū ei⁹ nō frau-
dasti eum. Alla. ℣ Bēs vir
qui suffert temptationē qm̃ cui
probatus fuerit accipiet coronā
vite. Euāgeliū. Nisi granum
frumenti. ii.lxxij. Off.

Gloria et honore coronasti eū
et constituisti eum super opa ma
nuum manū dñe. Secreta.
Sacrificiū dñe qd̄ desiderā-
ter offrim⁹ gratum tibi bēs
martyr christoferus suffra-
gator efficiat. ℟ dñm. Coīo
Qui vult venire post me abne-
get semetipsum et tollat crucē su
am et sequat̄ me Complenda.
Quos donis dñe celestib⁹ re-
fecisti intercedēte bēo christofe-
ro martyre tuo ab oi ꝗs ad-
uersitate custodi. ℟. Anne
matris Marie virginis In.
Gaudeam⁹ oēs in dño di-
em festū celebrātes i ho-
nore āne mātis marie de cui⁹ so-
lennitate gaudent angeli et col-
laudant filium dei. ℣ Eructa
uit cor meū verbum bonū dico
ego opa mea regi. Collecta.
Deus qui es oīum sanc̄ōz
corona beatissima an-
nam ad eternam gloriam hō-
dierna die vocatam p nobil
iugiter exorare cōcede: i p̄ be-
nedictū fructū ventris ei⁹ vir-
ginē mariā ad coronā imar
cessibilem peruenire. ℟ dñm.

Epistola. Mulierem fortem quis inueni. ℟.lxxxv. Gz. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia cōcupiuit rex speciem tuam. ℣ Specie tua et pulchritudie tua intēde prospere procede et regna. Alla. ℣ Dulcis mater dulci nate dulcia prebēs vbera que sola fuisti digna generare reginā celoz et hominū.

Nardus spicarin odorez et spinetum proferr florem flori fructus dat honorē regis in accubitu. Salus redit ꝺ̄ iudea qua sanat̄ idumea ex egypto ferr trophea israel in exitu: Holofernem iudith strauit. anna quādo generauit natā que se prepauit deo habitaculum. Celi cohors annam laudet nā in celis anna gaudet et rogare bene audet natam et nepotulum. Non auertet aurez nata sed et matris ad precata ie sus dona profert grata vt ꝺ̄ nobis cogitet. Ergo anna nūc accede roga natam nec recede donec nepos nos a sede sua sancta visitet. Euangel. Liber generatiōis. ℟ infra in natiuita.

te beate Marie virg. ℟.xliij. Recordare āna mr̄ dum Off. steteris in cōspectu dei vt loquaris pro nobis bona et vt auertas indignationē suam a nobis Sanctifica qs dn̄e Secret munera oblata ꝛ p̄sta vt ad salutem beate anne p̄tiōes p̄ficiant cuius solennia celebramus. Ꝑ dn̄m. Prefatio quotidiana. Comñ. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus. Completa Presta qs op̄s ds vt pign' eterne redemptiōis. qd̄ sumpsimus. beā anna incumbente tempal' vite p̄beat remedia ꝛ etne. Ꝑ. Panthaleōis mar. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde ℣ Exaudi deus orationem meaz cum deprecor a timore inimici eripe animam meam. Collecta Deuotionem solennitatez sancti martyris tui pā thaleonis domine plebem recolentē gratie tue mūeribus perfunde. vt cuius inest nata-

licijs inesse valeat ꝛ brauijs
℣ dñm. Epistola. Iustũ de-
duxit dñs. ℟. lxxi. Graduale
℣ oluisti dñe sup caput eius co-
ronam de lapide pciosо. ℣ De-
sideriũ anime eius tribuisti ei et
voluntate labiorũ eius nõ frau-
dasti eum. Alla ℣ Justus ut
palma florebit et sicut cedrus li-
bani multiplicabit. Sequẽtia.
O Elsa lux sion aue martyr
panthaleon. Clare luci-
fer qui puer senatorez patrẽ spre-
nis idolatram. Sũmi filius ut
patris esses predulcis adoptiu⁹
in celis. Athleta quã fortis iul-
sa regis tu contemnis maximia-
ni principis. U. exilla dñi crucis
alma nunc secutus pulchra san-
ctorum curia. Iussus artem tu
medicine corporalis edoceri do-
cilis. M. orbos curans mentes
informas prepotens diuino me-
dicamine. P uer purus ac beni-
uolus mitis clemens misericors
U. inculatuum soluis puerũ ser-
pentino ligamie. U. as electiõis
futurus oi sorde purgat⁹. S ũ-
pfisti pneumatis mũera dignus
ante baptisma. E rrorib⁹ genti-
lem emãcipas parentẽ sana fi-
de phẽni reddis paretі. E t me-
dicos deterres. tu emulos pro-
sternis palyntci gressu cecigz visu
I gnis incẽdiũ supas fide flãmi-
uomũ. O espicis ferarũ mor-
sus victor ferociũ. O gemma
martyrũ splẽdida cũctis pernus
salutis candelabruz lucis. Q ui
mari dedimus ac rotꝛ colligamus
es statim ense decollamus. N os
cõmẽda nos proprios regi re-
gum famulos. Q uos nos te-
cum in celoz ducat demẽs regia
I n qua sibi laus est eterna.
Euãgeł. Si q̃s venit. ℟. lxx.
G loria et honore corona O-
sti eũ et cõstituisti eũ sup opa ma
nuũ tuarũ dñe. Secreta.
H ec munera dñe altari tuo
impsita ipse bñdic ꝛ susciꝑ:
ut intercessiõe bti panthaleõis
martyris tui nobis ad fructũ
pficiãt salutis. ℣. Com.
Q ui vult venire p⁹ me abneget
semetipsũ et tollat crucẽ suã et se-
Q uos sup Cõpł. quatur me.
nis dñe refecisti alimẽtis ips
sempiternis quesum⁹ reple in
crementis: ꝛ intercessu bti

felicis eode die simplicij faustini et cetera

panthaleonis martyris tui sydereis adiũge collegijs. ℟. Felicis episcopi et martyris. Sacerdotes eius induant salutare et sancti eius exultatione exultabũt. ℣ Memẽto dñe dauid et omnis mansuetudinis eius. Collecta. Affirmitatem nostram respice ops deus: et quia pondus pprie actionis nos grauat reati felicis mris tui atq; pontificis intercessio gloriosa nos protegat. ℟. Eodẽ die Simplicij Faustini et cetera. Presta qsumus dñe vt sicut ppulus christian' martyrum tuorum simplicij faustini et beatricis temporali solennitate congaudet ita pfruatur eterna: et quod votis celebrat. pio cõplxendat effectu. ℟. Epistola. Nlures facti sunt sa. ci.lxxxi. Graduale Sacerdotes eius induant salutare et sancti eius exultatione exultabunt. ℣ Illuc producam cornu dauid paui lucernaz christo meo. Alleluia. ℣ Dispposui testamentum electis meis iurauid dauid seruo meo. Euangel'. Sint lũbi vestri. ci.lxxx. Off. Inueni dauid seruũ meum et in oleo sancto vnxi eum man' enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eũ. Secret. Accepta sit in conspectu tuo dñe nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatione salutaris pro cuius solennitate deferitur. ℟. dñm nostrz. Illa. Hostias tibi dñe pro sanctorum martyrum tuorũ simplicij faustini et beatricis commemoratione deferimus supplices deprecãtes. vt et indulgentiam nobis pariter conferant et salutem. ℟. Comũ. Beatus seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilantem amen dico vobis super omia bona sua constituet eum. Compl' Spiritũ nobis dñe tue charitatis infũde: vt quos vno pane celesti saciasti' intercedẽte btõ felice martyre tuo atq; põtifice tua facias pietate cõcordes Presta quesum' ops Illa. deus: vt sanctorum tuorum simplicij faustini et beatrs cele

Abdon et Sennes

stibus mysterijs celebrata solennitas indulgentiaz nobis tue ꝓpiciationis acq̃rat. ℣. d

Abdon et Sennen In

Ntrerin cõspectu tuo dñe gemimus cõpditoz redde vicinis nr̃is septuplũ in sinu eoz vindica sãguiné sanctoz tuoz qui effusus est ℟ Deus venerũt gentes in hereditatẽ tuã polluerũt templum sanctũ tuũ. Gloria patri.

Colle.

Deus qui sanctis tuis abdon z sennen ad hanc gloriã veniẽdi copiosũ munus gr̃e contulisti. da famulis tuis suoz veniã peccatorũ: vt sanctoz tuoz intercedẽtibus meritis ab oĩb' mereamur aduersitatib' liberari ℣

Epistola. Spectaculũ. c. lxxxvi

Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣ Dextera tua dñe glorificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicum. Alleluia ℣ Gaudete iusti in dño recti decz collaudatio.

Euangeliũ. Korestp̃ceptum c. lxviij.

Offert.

Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutez et fortitudinẽ plebis sue bñdict' ds

Secre.

Nr hystia dñe que sumus quam in sanctoz tuorum natalicio recensentes offerimus. z vincula nr̃e prauitatis absoluat z tue in nobis misericordie dona cõferat. ℣.

Comũ

Posuerũt mortalia seruorũ tuoz dñe escas volatilib' celi carnes sanctoz tuoz bestijs terre scdm magnitudinẽ brachii tui posside filios morti punitorũ

Per huius dñe Complẽda

operationẽ mysterij z vicia nostra purgentur: z intercedentibus sanctis tuis iusta desideria compleant. ℣ dñm nr̃m.

Germani cp̃i. Introi:

Statuit ei dñs testamẽtum pacis et principem fecit eũ vt sit illi sacerdocii dignitas in eternum. ℟ Misericordias dñi in eternũ cantabo.

Collecta.

Presta quãs ops deus vt beatissimi germani antistitis tui z confessoris tui exempla miramur z colimus si adequari factis eius nõ possumus saltem vestigia sequi

Ad vincula Petri

CC XXIX

et fidem nobis contingat imi-
tari. ℣. Epła. Scietis quia
misi ad vos. ⁊. lxxi. Grad.
Ecce sacerdos magnus qui in
diebus suis placuit deo ỽ Nō
est inuentus similis illi qui cōser-
uaret legem excelsi. Alleluia ỽ
Iste est qui ante deum magnas
virtutes opatus est et ois terra
doctrina eius repleta est. Euā-
geliū K omo ꝯdā pe. ⁊. lxxi.
Veritas mea et miseri- Off.
cordia mea cum ipso et in nomi-
ne meo exaltabit cornu eius.
Sancti confesso- Secreta.
ris tui atq; pontificis germa-
ni nobis dñe pia nō deficat ora-
que ⁊ munera nostra concili-
et. ⁊ tuam nobis indulgentiā
semper obtineat. ℣. Com̄.
Beatus seruus quem cum ve-
nerit dñs muenerit vigilantem
amen dico vobis super oia bo-
na sua constituet eū. Complē.
Ut nobis dñe tua sacrificia
dent salutem: beatus germa-
nus confessor tuus pariter ⁊
pontifex qm̄s p̄cator accedat.

Ad vincula bti petri.

Nunc sco vere quia misit
dñs angelu⁊ suū et eripuit me de
manu herodis et de oi expectati-
one plebis iudeorū. ℣ Domie
probasti me et cognouisti me tu
cognouisti sessionem meam.
Deus qui beatū Collect.
petrū apostolū a vinculis
absolutū illesum abire fecisti
nostrorū qm̄s absolue vincu-
la pcatoꝝ: ⁊ omnia mala a
nobis ppitiatus exclude. ℣.
Eodem die machabeoꝝ mar.
Caterna nos dñe san-
ctorum martyrū tuoꝝ
machabeoꝝ corona letificet. q̄
et fidei nostre prebeat incita-
menta virtutum. ⁊ multiplici
nos suffragio consoletur. ℣.
Epistola. Misit hero. ⁊. xvi.
Constitues eos princi- Gr̄.
pes super omnem terram memo
res erunt nois tui dñe. ỽ Pro
patribus tuis nati sunt tibi filii
propterea populi confitebūt tibi
Alleluia ỽ Tu es petrus et su
per hanc petram edificabo eccle-
am meam. ỽ Beatus es symō
petre quia caro et sanguis nō re-
uelauit tibi sed pater meus qui i
celis est. Sequentia.

ff

O W beatus es bariona cui aſpirat ſua dona quaſi nato ſpiritus. Quod caro ſanguiſq; neſcit per patrem tibi pateſcit reuelatuz deſuper. Tibi daues dono dedit quibus porta celi cedit preualeſq; inferis. Notestate formidāda hic ligas que ſunt liganda tuta ſunt que ſolueris. Tu piſcantez piſcatoris adcapture melioris uſū traxit gracia. Cuncta linquis nauis ſpretatemporalis mundi meta indigens ut omnia. Apoſtolis priciparis. domiq; ſociaris in tributi precio. Transformati tu meſſye moyſiq; helie frueris colloquio. Sicco pede calcas mare malchum truncas fles amare dum pungit negocio. Sic deiectum patientis et erectum reſurgentis reintegrat viſio Ter confeſſum ter negatum gregem paſcis ter donatum viaz paras gentibus. Claudus ſalit et chabita morte ſurgens caler vita fide verbo precib' Infirmis umbra mederis defraudantes graui feris cōiuges ſupplicio Undis abis tu laxaris portis eris reſeratis duce free' preuio. Cecus videt mutus fatur languor fugit duplex datur ſalus ethyopie. Unus ſurgit magus cadit conſecrator romam adit crucis et victorie. Illū ſequens pendens cruce ſcandis celum quo te duce nobis detur aditus. Ianitor mihi greſſum pāde quo nos lucis non mutande foueat intuitus. Amen. **Euangeliū.** Uenit ieſus in partes ceſaree. **℟.** Conſtitues eos principes **Off.** ſuper omnem terram memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. **Secreta** Oblatum tibi dñe ſacrificium intercedente beato petro apoſtolo purificet nos ſp̄z muniat. Pdñm noſtz ieluz Intemerata myſteria dñe pro ſanctorum tuoz honore deuota mente tractamus. quibus nobis qñs et preſidium creſcat z gaudiuz. Pdñm noſtrū ie. **Com.** Tu es petrus et ſuper hanc petrā edificabo eccleſiā meā. **Compl** Corporis ſacri et preciosi ſanguinis repleti libamine qñs

Stephani. mart.

dñe deus noster: vt quod pia
deuotione gerimus intercedē
te beato petro apostolo tuo cer
ta redemptione capiam⁹. ℣.
N resta qñs op̃s de⁹ Alia
vt sanctorū tuoꝝ quoꝝ mē
riam sacramenti participati
one recolim⁹. fidemqꝫ quoqꝫ
pficiendo sectemur. ℣ dñm n

Stephani martyris.

Sacerdotes tui dñe indu
antiustitiam et sancti tui exultēt
propter dauid seruū tuum non
auertas faciē christi tui. ℟ Me
mento dñe dauid et omnis mā
suetudinis eius. Collecta.

Deus q̃ nos beati stepha
ni martyris tui atqꝫ pō
tificis annua solennitate leti
ficas: concede ꝓpicius. vt cui⁹
natalicia colimus de eiusdem
etiam protectiōe gaudēmus.
℣ dñm. Epla. Omis pontifi
ex. ca. lxxxi. Graduale
Os iusti meditabitur sapienti
am et lingua eius loquetur iudi
cium. ℣ Lex dei eius i corde ip
sius et nō supplantabūt gressus
eius. Alla ℣ Gloria et honore
coronasti eū dñe et constituisti
eum super opera manuū tuarū.
Euangeliū. Homo quidaꝫ
nobilis. ca. lxxxi. Offert.
Inueni dauid seruuꝫ meū oleo
sancto meo vnxi eum manꝰ enim
mea auxiliabit ei et brachiū me
um confortabit eum. Secreta.
Munera tibi dñe dicata sanc
tifica: et intercedente beato ste
phano martyre tuo atqꝫ pon
tifice per eadem nos placatus
intende. ℣ dñm no. Cōm
Dñe quinqꝫ talenta tradidisti
mihi ecce alia quinqꝫ superlucrat⁹
sum euge serue fidel⁹ quia i pau
ca fuisti fidelis supra multa te cō
stituam intra in gaudiū dñi tui.
Et nos cōmu Complenda
nio dñe purget a crimine: et
intercedente beato stephano
martyre tuo atqꝫ pontifice ce
lestis remedij faciat esse con
sortes. ℣. In inuentiōe san
cti Sephani Cantus cū epla
et euangelio per totum vt su
pra in natiuitate ipsi⁹. fol. xv
ix Alla erit Letamī vt infra
Deus q̃ es sanctoꝝ Colle.
tuorum splendor mira
bilis. quiqꝫ hodierna die bea-

Dominici. confes. Sixti et aliorum

ti ꝓthomartyris stephāi sanctorūq; nicodemi gamalielis atq; abibon inuentionē gloriosam reuelasti: da nobis i eterna letitia d' eorum societate gaudere. ℟ dñm nostrum
Alleluia: ℣ Letamini in dño et exultate iusti et gloriami omēs recti corde. Secreta.

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerimus que ꝛ ꝓ tuoruq; tibi grata sint ꝥnore sanctoq;. ꝛ nobis salutaria te miserante reddant. ℟ dñm.

Sumpsim⁹ dñe sanctorū tuoq; stephani nicodemi gamalielis atq; abibon inuentionē celebrātes sacramenta celestia. pīa ās: vt qđ tempraliter gerimus. eternis gaudijs consequamur. ℟ d'

Dominici confessoris Coll.

Deus qui ecclesiam tuaq; b̄ati dñici confessoris tui illuminare dignatus es meritis ꝛ doctrinis: cōcede ās. vt eius intercessione tempralibus nō destituantur auxilijs et spiritualibus semper proficiat incrementis. ℟. Secret.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: ꝛ meritis b̄ati dñici confessoris tui nobis proficiant ad medelam. ℟. Complen.

Concede ās ops deus. vt q̄ peccatoq; nostroq; ꝓpere premimur intercedente b̄ati dñici confessoris tui patrocinio subleuemur. ℟ dñm nr̄m.

Sixti et aliorum Int'

Alus autem iustorum a dño et protector eoq; est in tempore tribulationis. ℣ Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos.

Deus qui conspi Collec.

cis ꝗa ex nulla nr̄a virtute subsistim⁹: concede ꝓpic⁹ vt intercessiōe b̄ati sixti martyris tui atq; ꝓntificis cōtraria aduersa muniamur. ℟.

Eodēq; die Felicissimi et Aga-

Deus q̄ pici. Collecta.

nos concedis sanctoq; martyrum tuoq; felicissimi ꝛ agapiti natalicia colere: da nobis in eterna letitia de eoq; societate gaudere. ℟ dñm

Epla: Benedictus dē⁹ et pater dñi nostri ihesu christi pat misericordiarū. ꝛ. lxxvi. Gq

In transfiguracione domini

Iustoꝝ anime in manu dei sūt
et non tanget illos tormentū ma
licie. ℣ Visi sunt oculis insipien
tium mori illi aūt sunt in pace.
Alla ℣ Sancti tui dñe bene
dicent te gloriam regni tui dicēt.
Euāg. Ecce ego mit. ꝛc. lxviij
Gloriabunt in te oēs qui Off.
diligūt nomē tuū qm tu bñdicis
iustis dñe vt scuto bone volūta
tis que coronasti eos. Secreta.
Sacrificijs pñtibus dñe q̄
sumus intende placatus: vt
deuotioni nostre pficiāt ꝛ sa
luti. ℟ dñm nostrū. Alia.
Exaudi dñe preces: ꝛ vt di
gna sint munera que ocul' tue
maiestatis offerimus sctōrū
tuorū felicissimi ꝛ agapiti as
sit subsidium. ℟: Com̄.
Ego vos elegi de mūdo vt ea
tis et fructum afferatis et fruct⁹
vester maneat. Complenda.
Presta q̄s dñe deus noster.
vt cuius nobis festiua sunt sa
cramenta. eius salutaria no
bis intercessione reddant. ℟
Presta nobis dñe q̄s Alia.
interredentibus sanctis tuis
felicissimo ꝛ agapito: vt que
ore contingimus pura men
te capiamus. ℟. In transfi
guratione dñi. Introit⁹.
Uiderunt egressus tu
os de⁹ alleluia ingres
sus dei mei regis mei
alleluia qui est in sancto alla ps
Illuxerūt choruscationes tue or
bi terre cōmota est et cōtremuit
terra. Gloria in ex. non dicit.
Deus qui fidei Collecta.
sacramēta in vnigeniti
tui gloriosa transfiguratiōe
patrū testimonio roborasti. ꝛ
adoptionē filioꝝ perfectā voce
delapsa in nube lucida mira
biliter pfignasti: q̄s vt ipsius
regis glorie nos coheredes ef
fectias. ꝛ eiusdem glorie tribu
as esse consortes. ℟ eundem
Lectio epīe beati Petri apīi.
Charissimi: Non enim
indoctas fabulas secu
ti notam vobis fecimus dñi
ni nr̄i iesu christi veritatem et
p̄sentiaꝝ sed speculatores fa
cti illius magnitudinis. Acci
piens enim a deo patre hono
rem et gloriam voce delap
sa ad euꝝ huiusmodi a ma

gnifica gloria: hic est filiꝰ meꝰ dilectus in quo mihi complacui ipsum audite. Et hāc vocē nos audiuimus de celo allatam. cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemꝰ firmiorē ꝓphēticū sermonē cui bene facitis attendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat ⁊ lucifer oriatur in cordibꝰ vestris Hoc primuꝫ intelligentes. q̄ omnis ꝓphētica scriptura ꝓpria interp̄tatione nō fit. Nō enim voluntate humana allata est aliquando ꝓphētia. sꝫ spiritusancto inspirati. locuti sunt sancti dei hoies. **Grad.** Cantate dño et benedicite nomini eius annūciate de die in diem saluare eius. ℣ Annūciate inter gentes gloriā eius in oibus ꝑpulis mirabilia eiꝰ. **Alleluia** ℣ Candor est lucis eterne speculū sine macula et imago bonitatis illius. **Sequentia.**

Adest dies celebris quo placatꝰ miseris deus demonstratur. Eius vnigenitum profert nam in mediū luce trāsformatum. Mentes vt alliciat infirmas et prouehat in supernū statum. Vbi nexu liberi mortis facti lucidi sancti gloriantur. Conformari lumini fontis sacri numinis vino debriari Obsequuntur laudibus intentisq; vultibus semp̄ speculantes. Recpanduntur hodie montis in cacumine christo ruilante. Vocātur patricii vatum et apostoli ad tantum aspectum. Odarat sedēm mortis et vincentium priscis nominatum. Animantur ceteri morte plecti auidi quā sat formidarunt. Hiunctestes soli di dignitatis domini quaꝫ nemꝑ probarunt. Coheredes filios ad grandes et paruulos patri aggregarunt: Quibus tabernacula prestanda in gloria sunt iam preparata. Quoruꝫ nos efficiat consortes qui p̄miat in vita beata. **Euangel.** Assūmpsit ihesus petrum iacobum et iohannem. ℟ in sabbato ante dñicaꝫ Remisere. fol. xliiij. Gloria et diuicie in dō **Off.** mo eius et iusticia eius manet in seculum seculi. **Secreta.**

maria Egyptiaca

Oblata ꝙs dñe mũera glo-
riosa vnigeniti tui transfigu-
ratione sanctifica: nosq; a pec-
catoꝝ nostroꝝ maculis splen
doris illius illustratiõe emũ-
da. ℗ eundem. Prefatio de
sancta Trinitate. Sub tano
ne si vuas habueris.

Mira quorum nos cõsor-
tium non estimator meriti sꝫ
venie ꝙs largitor admitte ℗
Benedicio vue.

Bene ✠ dic dñe ⁊ hos
nouos fruct⁹ vue quos
tu dñe de rore celi ⁊ inunda-
tia pluuiarũ ⁊ temporꝫ sereni-
tate atq; trãquillitate ad ma-
turitatem ꝓducere dignaris
es ⁊ dedisti eos ad vsus nr̃os
cum gratiarũ actione ꝓcipere
in nomie dñi iesu christi. ℗
quem hec omia semper bona
creas ⁊c. vt in canone. Comũ.
Uiderunt omes fines terre sa-
lutare dei nostri alla. Compl.
Presta ꝙs ops deus: vt sa-
crosancta trãsfiguratiõis my
steria q̃ solẽni celebram⁹ offi-
cio purificate mẽtis intelligẽ-
tia consequamur. ℗ eũdem.

O Marie egyptiace Jnt
Audeamus oẽs in domi-
no diem festum celebrantes in
honore marie egyptiace de cui⁹
solennitate gaudent angeli et col
laudant filium dei. ℣ Eructa-
uit cor meum verbum bonũ di-
co ego opera mea regi. Collect.

Deus qui beatam mari-
am egyptiacã de vicioꝝ
caligine ereptam exhibuisti ti-
bi sponsam sine macla ⁊ ruga
speciosam: exaudi nos ꝓpicius
et concede. vt ꝙmius meritis et
precibus a peccatoꝝ nostroꝝ
maculis eruamur. ℗ dñm n
Eodem die Donati episcopi
et martyris. Collecta.

Deus tuoruꝫ gloria sa-
cerdotũ pra ꝙs vt sancti mar-
tyris tui ⁊ epi donati cuius fe-
sta gerimus sentiam⁹ auxiliũ
℗ dñm. Eodeꝫ die Afre vir-
ginis. Collecta.

Mflie-
statem tuaꝫ dñe sup-
plices deprecamur: vt sicut nos
iugi cõsancte afre cõmemorati-
one letificas. ita nos semp ei⁹
supplicatione defendas. ℗ do
Epla. Mulierẽ for: ⁊c. lxxxv.

Audi filia et vide et inclina aurē tuā quia concupiuit rex spēm tuā ℣ Spē tua et pulchritudine tua intēde prospere procede et regna. Alla. ℣ Maria egyptiaca ascēdit de lauacro dealbata terribilis hostibus vt castroꝝ acies ordinata. Sequē.

Ex egypto pharaonis in amplexu salomonis nri clausit filia. Ex abiecta fit electa ex rugosa fit formosa ex lebie fiala. Stella maris hāc illuxit ad dilectū quā cōduxit pacis necēs federa. Mare dei mediāte pe catrici christo dāte sunt dimissa scelera. Uitā ducēs hec carnalem puenit i hierusalē nuptura pacifico. Sic excluso adultero maritat spōso vero ornatu mirifico. Dei templū introire dū laborat mox redire nec dū digna cogit. Ad cor suū reuertitur fletu culpa submergit fletu culpa tergit. Locus deseri? querit leuiathan cōterit mundus caro vincit. Dom? pris postponit vultus mētis cōponit decor carnis spernit. Leuare filia thanis tuis ornata tympanis lauda quondam sterilē. Gaude plaude casta mūda virtutē prole fecunda vitis meri fertilis Et dilexit nr risus vmbilicus ē precisus tuus cōtinētia. Aquis lotā pulchra? tota te saliuit te cōdiuit spōli sapientia Septē pānis inuolutā inc? tota dlibuta oleo letitie. Cocco cubes charitatis byssо cincta castitatis zona pudicitie Hinc hya cincto calcearis dū supna cōtemplaris mutatis effectib?. Uestiris discolorib? cubile vernat floribꝰ flagrat aromatib?. O maria gaude quia decorauit et ornauit sic te christi gra. Memor semp pcōꝝ et cūctoꝝ populoruꝝ plaude nūc in gloria. S. Lu.

Ja.i.t.Di.ie.d.s.Quis ex vobis hymo q̄ habet cētuꝝ oues: ⁊ si pdiderit vnā ex illis nōne dimittit nonagintanouem i deserto ⁊ vadit ad illaꝝ q̄ perat donec iueniat illā: Et cū inuenerit: imponit i humeros suos gaudens. Et veniēs domū: conuocat amicos suos et vicinos dicens eis. Cōgratulamini mihi: quia inueni ouem meam que perat. Di-

to vobis quod ita gaudium
erit in celo super uno peccato-
re penitenciam agente: qꝫ su-
pra nonaginta nouez iustis:
qui non indigent penitencia.
Aut que mulier habẽs dra-
chmas decem: ⁊ si perdiderit
drachmam unam. nõne accẽ
dit lucernam. ⁊ everrit domuz
et querit diligenter donec inue
niat. Et cum inuenerit. conuo
cat amicas ⁊ vicinas dicens.
Congratulami mihi: quia i-
ueni drachmam quam perdi
deram. Ita dico vobis. gau-
dium erit in celo coram ange
lis dei. super uno peccatore pe-
nitenciam agente. Offert
O iffusa est gracia in labiis tuis
propterea benedixit te deus in
eternum et in seculum seculi
Hec hostia ꝙs do- Secreta.
mine que maiestati tue p nos
indignos reuerent offert inc-
redente beata maria egyptia
ca medicinalis penitentie fru-
ctum in nobis potenter operet
Ꝑ dñm nostrũ iesum. Alia.
Presta dñe quesumus ut sci
martyris ⁊ episcopi tui dona-
ti ꝑ̃ib⁹: quẽ ad laudẽ nomis
tui dicatis muneribꝰ honora
mus. pie nobis deuotionis
fructus accrescat. Ꝑ. Alia.
Hec hostia dñe ꝙs placatõis
et laudis incredẽte beata ma
martyre tua nos ꝓpiciatiõe
dignos semper efficiat. Ꝑ dñ.
Dico vobis gaudiũ est Com.
angelis dei sup uno peccatore pe-
nitenciam agente. Complen.
Presta nobis quesumꝰ do-
mine deus noster: ut sacri cor-
poris tui ⁊ preciosi sanguinis
perceptione mundati virtutũ
splendore decoremur: ⁊ intercc
dẽte beata maria egyptiaca
deuotis tibi semp cordibus fa
mulemur. Qui vi. Alia.
Votiua domine dona que p
beati martyris ⁊ episcopi tui
donati solennitate percepimꝰ:
quesumus ut eius precibus
et presentis nobis vite pari-
ter et eterne tribuas conferre
subsidium. Ꝑ dñm nostrum
Sic nos domine Alia
quesumus gracia tua semp
exerceat: ut ⁊ diuinis instauret
corda nostra mysterijs ⁊ san

Ciriaci et Sociorū ... In vigilia Laurentij

te afre martyris tue cōmēo/ratione letificet. ℣. Cyriaci ꝛ sociorum eius. Introi.

Timete dñm oēs sancti ei us qm̄ nihil deest timētib⁹ eū di/uites eguerunt et esurierī inqui/rentes aūt dñm non deficiēt om ni bono. ℘ Benedicam dñz in omni tpe semp laus ei⁹ i ore meo

Deus qui nos Collecta. ānua beati cyriaci mar tyris tui sociorūqz eius solen nitate letificas: concede ꝓpiā⁹ vt quoz natalicia colim⁹ vir/tutem quoqz passionis imite mur. ℣ dñm nostrū. Epla. Oculi. ii.Cor.v. Gz. Timete dñm oēs sancti ei⁹ quo niam nihil deest timētib⁹ euz. ℟ Inquirentes aūt dñm non defi cient omni bono. Alleluia. ℟ Vox exultationis et salutis i ta bernaculis iustoz. Euangeliū. Nihil opertum. ii.Lxxvi.Off Examinii i dño et exultate iusti et gloriami oēs recti corde.

Suscipe dñe sa/crificiū placationis ꝛ laudis Secreta. quod nos interueniēte beato cyriaco martyre tuo sociisqz ei

us ꝛ perducat ad veniam. et in perpetuam gratiarū consti tuat actionem. ℣. Com. Signa eos qui in me credunt hec sequentur demonia eiicient su per egros manus imponent et be ne habebunt. Complenda.

Quesumus dñe deus noster: vt intercedente sancto cyriaco martyre tuo sociisqz eius sa/crosancta mysteria que sumpsimus. actu subsequamur et sensu. ℣. In vigilia beati Laurētij. Introitus.

Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculū secu li cornu eius exaltabit in gloria. ℘ Beatus vir qui timet domi/nū in mandatis ei⁹ cupit nimis.

Adesto dñe sup/plicatiōibus nr̄is: et in tercessiōe beati laurētij marty ris tui perpetuā nobis miseri/cordiā benign⁹ impende. ℣ d Epla. Confitebor. ii. Lxxviii. Dispsit dedit pauperib⁹ iu Gz. stica ei⁹ manet i seculuz seculi. ℟ Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedice/tur. Nota si vigilia veneri

In die. s. Laurentij

in dñica cantabitur. Alla ℣ Posuisti dñe sup caput eius coronam de lapide pciosо. Euangeliū. Si quis vult post me venire. c.lxxij. Off.

Oratio mea mūda est et ideo pro vt detur locus voci mee i celo quia ibi est iudex meus et consēs meus in eternū ascēdat ad dñm deprecatio mea. Secreta

Hostias dñe quas tibi offerimus ꝓpicius suscipe ꝛ intercedente bto laurentio martyre tuo vincula pcatoꝝ nrōꝝ absolue. ℟ dñm nrm. Com.

Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucē suam et sequatur me. Complen.

Da nobis qs dñe deus noster: vt sicut bti laurētij martyris tui cōmemoratiōe tempali gratulamur officio. ita pꝑpetuo letemur aspectu. ℟ dñ

In die sancti Laurencij Inc

Confessio et pulchritudo in conspectu ei⁹ sanctitas et magnificēcia in sanctificatiōe eius. ℟ Cantate dño canticū nouū cantate domino omnis terra. Collecta.

Da nobis qnīs ops de⁹ viciorū nrorum flammas extinguere. qui bto laurencio tribuisti tormētoꝝ suo / suō tuo
rum incendia superare. ℟ dñm nostrum iesum christū filiuꝫ.

Hrēs: Ad Corinthios.

Qui parce seminat parce ꝛ metet. Et qui seminat i benedictionib⁹: de bñdictionib⁹ et metet. Unusqsq; ꝓut destinauit in corde suo: nō ex tristicia aut ex necessitate. Hylarē enim datorē diligit de⁹. ℟ Potens est aūt deus oēm grām habūdare facere in vobis: vt in omnibus semp oēm sufficientiam habentes. habundetis in omne opus bonū sicut scriptū ē. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet i seculum seculi. Qui administrat semen seminanti ꝛ panē ad manducandū prestabit. Et multiplicabit semen vestꝝ et augebit incrementa frugū iusticie vestre. Graduale.

Probasti dñe cor meū et visitasti nocte ℣ Igne me exaīasti et nō ē inuēta i me iniquitas Alla

℣ Leuita laurentius bonū op' operatus est qui per signū crucis cecos illuminauit et thesauros ecclesie dedit paupib'. **Secn.**

LAurēti dauid magni martyr milesq; fortis. Cui imperatoris tribunal. Cui manus tortorum cruentas. Spreuisti secutus desiderabilem atq; manu fortem. Qui solus potuit regna superare tyranni crudelis: Cuiusq; sanctos sanguinis prodigos frāt amor milites eius. Dummodo illum liceat cernere dispendio vite presentis. Cesaris tu faces contempnis et iudicis minas derides. Carnifex vngulas et vstor craticulam vane consumunt. Solet impi' vrbis prefectus victus a pisce assato christi cibo. Gaudet domini cōuiua fauo resurgendi cum ipso sanctus. O laurenti milium dauid inuictissime regis eterni. Apud illum seruulis ipsius deprecare veniam semper. Martyr milesq; fortis. **Euangeliuz** Nisi granū fru. **cc.lxxij. Off** Confessio et pulchritudo in cōspectu eius sanctitas et magnificentia in sanctificatiōe eius.

Sacrificiū nostrū **Secreta** tibi dñe quēs beati laurentij martyris tui precibus fiat acceptabile: qui p amore tuo semetipsum obtulit in maxime certamine passionis. Pd. Cō Qui mihi ministrat me sequat et vbi ego sum illic et mīster meus erit. **Complenda.**

Supplices te rogamus ops deus: vt quos donis celestib' saciasti intercedente beato laurencio martyre tuo ppetua p tectione custodias. Pd dñm.

Tyburtij martyris.

IVstus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit plantatus in domo dñi in atriis dom' dei nri. Pb Bonū ē cōfiteri dño et psallē noi tuo altissime

BEati tyburtij **Collecta.** nos dñe foueant continuata presidia: quia non desinis intueri. quos talib' auxilijs cōtesseris adiuuari. Pd

Epla. Iust' si morte. **cc.lxxi.** Iust' nō cōturbabit quia **Gr.** dñs firmat manū ei'. ℣ Tota die miseret et cōmodat et semē ei'

ibūdictiōe erit. Alla ℣ Just' vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit'. Euangeliū h est pceptū. ca.lxviij. Offt In virtute tua dñe letabit' just'. et super salutare tuū exultabit vehementer desiderijs anime eius tribuisti ei. Secreta.

Adesto dñe precibus ppuli tui. adesto muneribus vt q sacris sunt oblata mysterijs. tuoz tibi placeant intercessione sanctoz. ℗ dñm. Comū.

Posuisti dñe in capite ei' coronam de lapide precioso.

Sumpsimus dñe Complē. pignus redemptiōis eterne. sit nobis qñs intercessione beati tyburcio martyre tuo vite presentis auxiliū pariter et future. ℗. Hyppliti et sociorū eius. Introitus.

Usti epulent' et exultēt in conspectu dei delectent' in leticia: ℣ Exurgat deus et dissipent' inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Collecta.

Da nobis qs ops deus: vt beati hyppliti martyris tui sociorūq eius veneranda solennitas. et deuotionem nobis augeat et salutem. ℗. Epla. Memor esto dñe. ca.lxxi Iustoz anime in manu dei Gē. sunt et non tanget illos tormentum malicie. ℣ Visi sunt oculis insipientiū mori illi aūt sunt in pace. Alla ℣ Te martyrū candidatus laudat exercitus domine Euangeliū. Attendite a fermento. ca.lxxvi. Offert.

Anima nra sicut passer erepta est de laqueo venantiū laqueus contritus ē et nos liberati sum⁹.

Respice dñe munera ppuli tui sanctorū festivitate votiua: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. ℗ dñm. Comū.

Dico aūt vobis amicis meis ne terreami ab his qui vol pequūt Sacramentoz Complenda tuorum domine sumpta communio nos saluet: et in tue veritatis luce confirmet. ℗ dñz

In vigilia assumptiōis beate Marie virginis. Introit⁹.

Vultū tuū deprecabūt oēs divites plebis adducēt regi virgines post eā proxie ei' ad-

ducenk tibi in leticia et exultatiõe

℣. Eructauit cor meum verbuz bonũ dico ego opera mea regi.

DEus qui virgi- **Colle.**
nalem aulam btẽ ma-
rie in qua habitares eligere
dignatus es: da qñs. vt sua
nos defensiõe munitos iocũ-
dos faciat sue interesse festiui-
tati. Qui viuis. **Eodem die**

DEus qui nos beati eu-
sebij confessoris tui annua so-
lennitate letificas. concede p-
picius: vt cuius natalicia coli-
mus per eius ad te exẽpla gra-
diamur. ℣. **Lectio li. Sap̃.**

EGo quasi vitis fructifi-
caui suauitatẽ odoris: ꝛ
flores mei fructus honoris ꝛ
honestatis. Ego mat pulchre
dilectiõis et timoris ꝛ agniti-
onis ꝛ sancte spei. In me oĩs
gra vie ꝛ veritatis. in me oĩs
spes vite ꝛ virtutis. Transite
ad me oẽs qui concupiscitis
me: ꝛ a generatiõib⁹ meis ad-
implemini. Spiritus enim me
us super mel dulcis: ꝛ hereditas
mea super mel ꝛ fauum.

℣. Memoria mea in generatio-
ne seculorum. Qui edunt me
adhuc esurient: ꝛ qui bibent
me adhuc sitient. Qui audit
me non confundetur: ꝛ q̃ ope-
rantur in me non peccabunt.
et qui elucidant me vitã eter-
nam habebunt. **Graduale.**

℟. Audi filia et vide et inclina au-
rem tuam quia cõcupiuit rex spe-
ciem tuam. ℣. Specie tua et pul-
chritudine tua intende prospere
procede et regna. **Nota si vigi-
lia venerit in dñica dicetur.**

℟. Alleluia ℣. Post partum vir-
go inuiolata permansisti dei ge-
nitrix intercede pro nobis. **Euã-
geliũ.** Exurgens maria abiit
in montana. **℟. In aduen-
tu domini fol. o. Offert.**

℟. Aue maria gra plena dñs te-
cum bñdicta tu in mulieribꝫ et bñ
dict⁹ fructus vẽtris tui. **Secret.**

MUnera nra dñe apud de-
mentiã tuã dei genitricis tõ
mẽder oño: quã idcirco de pre
senti seculo transtulisti vt pro
peccatis nostris apud te fidu-
cialiter intercedat. ℣. **Alia.**

LAudis tue dñe hostias im

molamus tuoꝝ cõmemoratione sanctoꝝ: quibus nos et presentibus exui malis confidimus ⁊ futuris. ℣. **Comi.** Diffusa est grã in labiis tuis propterea bñdixit te ds in eternũ: Concede qs mise- **Comple.** ricors deus fragilitati nostre psidium: vt qui sancte dei genitricis requiem celebramus intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. ℣ dñm no. **Plia.** Respice ꝙsumꝰ celesti deus nostre te supplices exoramus vt in cuius hꝛe cõmemoratione precepimus. ei⁹ muniamur et precibus. ℣. **In die sancto benedicio herbarũ.** Adiutoriũ nostrũ in noie dñi. Qui fecit celum et terram. **Oratio.**

Omnipotẽs sempiterne deus qui celum ⁊ terram mare cunctaꝙ visibilia ⁊ invisibilia verbo tuo creasti ex nihilo: quiꝙ herbas ⁊ arbores ad vsus hominũ animaliumꝙ terraꝝ gignere ⁊ vnũquodꝙ semẽtẽ in semetipso habere precepisti: atꝙ vt herbe non solũ animãtibus ad victum: verũetiã egris corporibus ꝓdessent ad medicamentum tua ineffabili pietate concessisti: te supplici mente et ore deprecamur. vt has herbas diuersi generis tua clementia bene ✠ dicas. vt salubres non solum ad necessitates hominũ verũetiã animalium facere digneris vt q̃cunꝙ ex eis in hac venerabili solennitate sancte marie sumpserint vel in quẽcũꝙ vsuꝝ redacte fuerint ⁊ assumpte. accipiant tam corporis qꝫ anime sanitatẽ: qd̃ ipse p̃stare digneris. Qui viuis et regnas.

Benedicio pmorum

Deus dñe deprecamur ops eterne deus vt bene ✠ dicas hunc fructum nouũ pmorũ: vt qui esu interdicte arboris pmi in prothyplasto parente iusti funeris sententia mulctati sumus per illustrationẽ vnici filij tui redemptoris dei ac dñi nostri. ⁊ sanctispũs benedictione sanctificata omnia atꝙ benedicta depulsis atꝙ

abiectis vetusti hostis atq; primi facinoris intentoris insidijs salubriter ex huius diei āniuersaria solēnitate. d' vniuersis terre edendum germinibus sumam'. ℗ eundem.

Alia ad quecunq;.

Ene ✠ dic dñe creaturam istam. ℣. vt sit remediuz salutare generi humano: vt presta per inuocationē sancti nominis tui. vt quicūq; ex ea sumpserint corporis sanitatē et anime tutelam ꝓcipiāt. ℗

Ad missam Introitus.

Audeam' oēs in dño diem festum celebrātes in honore marie virgis de cuius assumptione gaudent angeli et collaudant filium dei. ℣. Eructauit cor meum verbū bonū dico ego opa mea regi.

Collect

Veneranda nobis dñe huius diei festiuitas optem conferat sempiternam. in qua sancta dei genitrix mortem subijt temporalē: nec tamen mortis nexib' deprimi potuit. que filiū tuū dñz nrm de se genuit incarnatū. Qui t

Alia ꝓ ofta.

Famulorum tuoz qs dñe delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nostris nō valemus. genitricis filij tui dñi nri dei nostri intercessione saluemur. ℗ e. **Lectio li. Sapie**

In omnibus requiē quesiui: z in hereditate dñi morabor. Tunc ꝓcepit z dixit mihi creator oīum: z qui creauit me requieuit in tabernaculo meo z dixit michi. In iacob inhabita. z in israel hereditare: z in electis meis mitte radices. Et sic in sion firmata suz z in ciuitate sanctificata similit requieui: z in hierusalez potestas mea. Et radicaui i ꝑpulo honorificato: z i partes dei mei hereditas illius. z in plenitudine sanctoz detētio mea Quasi cedrus exaltata sum i lybano: z quasi cypressus in monte sion. Quasi palma exaltata sum in chades: z quasi plātatio rose i hiericho. Quasi oliua speciosa in campis: et

quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cynamomū z balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi myrrha electa: dedi suauitatem odoris. **Graduale** Propter veritatē et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣ Audi filia et vide et inclina aurē tuam quia concupiuit rex speciē tuam. **Alleluia** ℣ Assumpta est maria in celum gaudent angeli et collaudātes bñdicūt dominū.

Sequencia.

Ongau/ dent angelorz chori gloriose virgini. Q ue sine virili cōmixtione genuit. H iliū qui suo mundum cruore medicat. Q ā ipsa letanur qō celi iam conspicat principem. I nterrisi cui quondā suggendas virgo māmillas pbuit. Q uā celebris angelis maria iesu mater credimur. Q ui filii illius debitos se cognoscūt famulos. Q ua gloria i celis ista virgo colitur. Q ue dño celi prebuit hospiciuz sui sanctissimi corporis. Q uā splendida polo stella maris rutilat. Q ue omniuz lumen astroruz et hominū atqz spirituum genuit. T e celi regina hec plebicula pijs concelebrat mentibus. T e cānu melodo superchera vna cum angelis celebrat. T e libri virgo concinunt propheta rum chorus iubilat sacerdotum apostoli christiqz martyres predicant. T e plebs sequitur vtriusqz vitam diligens virginalem celicolas in castimoniis emulans. E cclesia ergo cū cta te cordibus atqz carminibus venerans. T ibi suam manifestat deuotionem precatu te supplici implorans maria. U t sibi auxilium circa christuz dominum esse digneris per eum.

Sēm Lucaz

In illo tpe. Intrauit iesus in quoddam castellum: z mulier quedam martha noīe excepit illū in domū suaz. Et huic erat soror noīe maria. Que etiā sedens secus pedes dñi: audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequs ministeriuz. Que stetit z ait. Domine. non est tibi cure qō soror mea reliquit me solam

ministrare: Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dñs. Martha martha sollicita es. & turbaris erga plurima. Porro vnū est necessariū Maria optimā partem elegit: que non auferetur ab ea. **Offert.**

Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum et in seculū seculi. **Secret.**

Intercessio quesumus dñe beate marie semp virginis munera nostra tibi cōmendet. nosq; tue maiestati reddat acceptos. Per dñm. **Prefatio.** Et te in assumptione. **Comm.**

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus. **Complenda.**

Mense celestis principes effectui imploramus clementiā tuaz dñe deus noster: vt qui festa sancte dei genitricis colimus a cunctis malis immunes tius intercessionibus liberemur. Per. **In octaua vñ Laurencij.**

Probasti dñe cor meū et visitasti nocte igne me examinasti et nō est inuenta in me iniquitas. ℣ Exaudi dñe iusticiam meā intende deprecationem meam. **Collecta.**

Beati laurencij martyris tui nos faciat dñe passio venerāda letantes: & vt eam sufficienter recolam⁹. efficiat promptiores. Per. **Epla.** Cōfitebor tibi dñe. **ps. lxxxiij.** Quā

Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronam de lapide precioso. ℣ Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labioz eius non fraudasti eum. **Alleluia** ℣ Beat⁹ vir qui timet dñm in mādatis eius cupit nimis. **S. Matheū.**

Sine. Dic. Sol. Qui amat patrē aut mātez plus q̄ me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiā sup me: non est me dignus. Et qui nō accipit crucem suā & sequit me: nō est me dignus. Qui inuenit animam suā: perdet illam: & q̄ perdiderit aiam suam ꝓpter me: inueniet eā. Qui recipit vos me recipit. Et q̄ me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit ꝓphetam in noie ꝓphete mercedem ꝓphete accipiet. Et

qui recipit iustū in noīe iusti: mercedem iusti accipiet. Et q̄ cunq; potum dederit vni ex mi nimis istis calicē aque frigi de tantuz in nomie discipuli: amen dico vobis non perdet mercedem suam. Offert.

In virtute tua dñe letabit iustus et super salutare tuū exultabit ve hementer desideriū anime eius tribuisti ei. Secreta.

Beati laurētij martyris tui venerabilem passionē mune ribus dñe geminatis exequi mur: que licz ꝑpr̄is sit memo randa principijs. indelinent tamen permanet gloriosa. ℣ Qui vult venire post me Com abneget semetipsuz et tollat cru cem suam et sequat me. Cōplē.

Solēnis nobis intercessio bea ti laurentij martyris tui q̄s dñe continuū prestet auxiliuz et celestis mēse ꝓticipatio quā sumplim⁹ tribuat ecclesie tue recensitam leticiam. ℣ dñm.

Helene regine Introi.

Gaudeamus omnes i do mino diem festum celebrantes i honore helene regie, de cui⁹ solē nitate gaudent angeli et collau dant filium dei ℣ Eructauit cor meum verbū bonū dico ego ope ra mea regi. Gloria. Collecta

Deus qui nos oēs sctōs et electos tuos pro suis quosq; meritis honorare dis ponis. presta q̄s: vt sancte hele ne regine cuius religionez et studium in sancte crucis ma nifestatione veneramur apd tuam misericordiā meritis ꝛ precibus adiuuemur. ℣ dñ.

Eodem die Agapiti Collect.

Letet ecclesia tua dñs bea ti agapiti martyris tui confisa suffragijs atq; ei⁹ pti bus glorioſis ꝛ deuota pma neat ꝛ secura consistat. ℣ dñ.

Epla. Mulierē fortē. ca. lxxxv

Diffusa est gra in labiis Gz. tuis propterea benedixit te deus in eternū. ℟ Propter veritatez et mānsuetudinē et iusticiā et de ducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia ℟ Mulier fortis ma num misit ad fortia cuz in se mū di gloriam spernens christi victo riam predicauit. Sequentia

Sanctorum iugi laude plebs

deuota deo plaude qui i sanctis est mirabilis. Inter quos splendet helena fide spe amore plena sponsa christi venerabilis. Hec inuentrix sancte crucis adimplenit opus lucis pio cordis desiderio. Sacrosanctam passionem crucis per inuentionē omni venerata studio. Parent adhuc sacra vota digne matris longe nota in templorum edificiis. Que per orbem struens plura larga sublimauit cura et augmētauit diuitiis. Gaudet ergo nunc i celis dispensatrix hec fidelis int angelorum milia. In vestitu deaurato et amictu variato fert cha ritatis lilia. Sponsa christi sancta et decora. Christum pro nobis instanter ora. Qui nos redemit in victoria ipsi perhennis laus et gloria. Euangeliū. Similē est reg. cel. thē. ū. lxxxiij.

Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Secreta.

Munera populi tui dñe placabilis dextera tua suscipiat. et sancte helene suffragantib' meritis deuotioni nostre proficiat i salutē. Pdñm. Filia.

Suscipe dñe munera que in eius tibi solemnitate deferim' cuius nos confidim' patrocinio librari. Pdñm. Com.

Fecisti iudiciū et iusticiam dñe nō calumniem mihi superbi ad oia mandata tua dirigebar omnez viam iniquitatis odio habui.

Refecti corpris sacri pāosiqz sanguinis libamine qs ops pater vt intercessione beate helene cuius votiuo gratulamur officio cūcta malorū nroz sordib' expiamur. Pdñm nostrum ie. Filia.

Sanasti dñe familiam tuaz muneribus sacris: eius quesumus intercessione nos refoue cuius solēnia celebram' Pdñm. Magni martyris.

Desto dñe sup Collect. Aplicationibus nris i intercedente beato magno martyre tuo ab hostiū nos defende piaculis incursu. Pdñm

Presta nobis qs Secreta. ops deus. vt nostre humilitatis oblatio i p tuoz tibi gra

ta sit honore sanctorum et nos corpore pariter et mente purificet. Per dñm nostrū. Complē. Tua dñe sancta sumētes qs ut beati magni martyris tui nos foueant cōtinuata presidia. Per. Bernardi abbatis

OS iusti meditabit sapientiam et lingua eius loquet iudicium lex dei eius in corde ipsius. ℣ Noli emulari in malignantibus neq; zelaueris faciē iniquitatem. Collecta.

DEfice qs dñe piū in nobis sancte religionis effectum: et ad obtinendam tue gratie largitatem beatus bernardus doctor et abbas egregius. suis apud te semp pro nobis meritis et precib⁹ intendat. Per. Eodem die Malachie episcopi. Alia.

DEus qui phenne gloriā sanctissimi cōfessoris tui atq; pontificis malachie aie contulisti. tribue qs: ut apud te ita nos patrocinijs subleuari ut cū eo vitam possideamus. Per. Epistola. Oedit dñs. ec. lxxix Ecce sacerdos magnus Gr.

qui in diebus suis placuit deo ℣ Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alleluia ℣ Iste est qui ante deum magnas virtutes operatus est et ois terra doctrina ei⁹ repleta est Ad supna su Sequentia.

ASpirātes in eterna luce stātes innocentes iubilo. Ubi plādes micantes igne lucem exultātes influente rumilo. Columnatis vnitate iuncti distant claritate qui pares in gaudio. In eterni firmitate firmamenti fixi late diffundunt radio Virum dilli pans arcturi dator boni veri puri bernardum eximiū. Consūmati translaturi status cursu permansuri vocat ad tripudiū Ue rus hic israelita verus et aaroni ta pro virtute varia. Concors corde verbo vita veste fulget re dimita gēma multipharia Rūbet sardonus dat cernuū topazius pacificum smaragdus castum predicat. Carbunculus igniferum sapphyrus pandit sobrium iaspis fidelem indicat. Ligurius largifluum achates prodit placidū pudicū ameristhus. Chry

solymis morigerum onychinus
dulcifluum constantem et beryl-
lus. His auro dansis gemmu-
lis patrum sculptis vocabulis in
grediens in templum. Inuitat
cunabulis vt charitatis vincu-
lis trahamur ad exēplū Ober
narde forma morum lapidum
ignitorum iam locatus i medio
Insta patri qui cunctorum curā
gerit vt suorum locemur in pdio.
Euāg. Uolestis sal. n. lxxxij
Inueni dauid seruū meū Off.
et in oleo sancto vnxi eum man⁹
mea auxiliabit ei et brachium
meum confortabit eū. Secreta
Grata tibi sit dñe deus hu-
ius oblatio sacramēti. quod
in memoriā dñice passionis
tue offerimus maiestati. P.
Suscipe dñe sacrificiū Fiat.
placationis ⁊ laudis. qđ nos
interueniente sancto confesso-
re tuo malachia ⁊ pducat ad
veniam ⁊ in perpetuā gratia-
rum constituat actionē. P do
Beatus seruus quem Comū.
cum venerit dominus inuenerit
vigilantem amen dico vobis su
per oia bona sua constituet eū.

Cuū in nobis Complenda
ops deus ibus quem sump-
simus operet effectū: vt inter-
cedente beato bernardo abba-
te incorporet nos sibi esus edē-
tes. P dñm nostrū. Fiat.
Sumptum dñe celestis reme
dij sacramentū vt ad perpetu
am nobis tribuas pficere
gratiam beatus pontifex atq;
confessor tuus malachias sp
obtineat. P. Timothei et
Symphoriani. Introitus.
Salus aūt iustoz a dño et
protector eoz est in tem-
pore tribulatiōis. ps Noli emu
lari in malignantib⁹ neq; zelaue
ris facientes iniquitatē. Collect.
Auxiliū tuū nobis dñe
qsūs placatus impende
et intercedentib⁹ sanctis mar-
tyribus tuis timothęo ⁊ sym-
phoriano dexteram tuam su-
per nos tue ꝓpiciationis exte-
de. P dñm n. Epla. Sancti
p fidem. n. lxxiij. Grad.
Iustorum anime in manu dei
sunt et nō tanget illos tormen-
tum malicie. ℣ Visi sunt oculi
insipientiū mori illi aūt sūt i pace

Alleluia ℣ Gaudete iusti i domino rectos decet collaudatio. Euangeliū. Si q̄s ve. ℟. lxx. Mirabilis deus in sanctis suis de⁹ israel ipse dabit virtutem et fortitudinē plebi sue benedictus deus. Secreta. Offerimus tibi dñe preces et munera que vt tuo sint grata conspectui: q̄s. vt sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ timothei ⁊ symphoriani precib⁹ adiuuemur p̄ dñm nostrū ie. Comū. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Complenda. Diuini muneris largitate saciati q̄s dñe deus noster vt intercedentibus sanctis martyribus tuis timothꝫo ⁊ symphoriano eius semp participatione viuamus. p̄ dñm. In festo bti Bartholomei apostoli. Introitus. Dni aūt nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principat⁹ eoꝝ. ℣ Domine probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionē meam Gloria patri et filio. Collecta. Omnipotēs sempiterne deus q̄ hui⁹ diei veneranda sanctāq; leticiā beati apostoli tui bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue q̄s ⁊ amare qd̄ credidit ⁊ p̄dicare qd̄ dixit. p̄ dñm. Epistola. Iam nō estis hospi. ℟. lxviij. Nimis honorati sunt Gr: amici tui deus nimis cōfortatus est principat⁹ eoꝝ ℣ Dinumerabo eos et sup arenā multiplicabunt. Alla ℣ Per man⁹ aut̄ apl̄oꝝ fiebāt signa et prodigia multa in plebe. S. Lucam. In illo tpe. Facta est cōtentio inter discipulos ihesu q̄s eoꝝ videretur esse maior. Dixit aūt eis. Reges gentiū dñant eoꝝ: ⁊ q̄ pt̄atē hūt sup eos benefici vocant. Vos aūt nō sic. Sed q̄ maior ē in vobis: fiat sicut iunior. ⁊ q̄ p̄cessor ē sicut ministrator. Nam q̄s maior ē qui recumbit an q̄ ministrat: Nōne q̄ recūbit: Ego āt i medio vr̄m sum: sicut q̄ ministrat. Vos aūt estis q̄ p̄mansistis mecū in tentationib⁹ meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi

patet me⁹ regnū. vt edatis et bibatis sup mēsaz meā in regno meo. Et sedeatis sup thronos iudicātes duodecim tribus israel. Offert.

Mihi aūt nimis honorificati sūt amici tui ds nimis confortat⁹ est principatus eorū. Secreta.

Beati apli tui bartholomei tui⁹ solēnia recensem⁹ qs dñe: vt ei⁹ auxilio tua bñficia capiam⁹ p quo tibi hostias laudis offerimus. Pr dñm. Com.

Vos qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudicātes duodecim tribus israel dicit dñs. Cōplē.

Purificta nos dñe pignore accepto salutis ēt̄ne celebrātes bti apli tui bartholomei votiua solēnia et pētua ei⁹ merita venerātes. Pr. Genesij

Presta qs martyris Col ops ds: vt q̄ bti genesij mrīs tui gl̄iosa merita venerantes: ei⁹ apd te pīb⁹ semper muniamur. Pr dñm nrm iesum christum filiū. Secreta.

Sup has dñe nre deuotiōis hostias ppic⁹ respice: et pctōrū nroz vincula meritis bti genesij mrīs tui clemēr absolue

Deus q̄ nos spūali Cōplē. cibo potuq; recreasti cōcede nos intercessiōe sci mrīs tui genesij ab oib⁹ absolui pcīs et a cūctis aduersitatib⁹ liberari. Pr dñz

Rufi martyris. Colle.

Presto dñe supplicationib⁹ nrīs: et bti rufi mrīs tui intercessiōib⁹ cōfidētes. nec minis aduersantiū. nec ullo turbemur incursu. Pr. Secreta.

Oblatis qs dñe placare muneribus: et intercedēte brō ruso mr̄e tuo a cūctis nos defende periculis. Pr dñm nrm iesum christum filiū. Complenda.

Celestib⁹ refecti sacramētis et gaudijs supplices te rogam⁹ dñe ds nr: vt quoz gloriam⁹ triūphis pregamur auxilijs Pr dñm. Augustini epi̇scopi

In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eū dñs spū sapie et intellect⁹ et stola gl̄ie induit eum. Ps Bonū est cōfiteri dño et psallere nomi tuo altissime. Collecta.

Presto supplicatiōibus nrīs ops ds: et q̄b⁹ fiducia sperāde pietatis indulges intercedēte brō augustino confessore tuo atq; pntifice: con-

suete misericordie tribue hemi gnus effectum. ℙ dñm nr̄m iesum christū filiū. Eodē die

DEus q̄ Hermetis Coll' bti hermetē mr̄em tu um virtute constātie in passi one robrasti: ex ei⁹ nobilī imi tatiōe tribue p amore tuo p sp̄era mundi despicere ⁊ nulla eius aduersa formidare. ℙ. Epla. Ecce sacerdos magnus qui in vita sua. ꝛc. lxxx. Gr̄. Os iusti meditabit sapiaz et li gua ei⁹ loquet iudicium. ℣ Lex dei eius i corde ipsi⁹ et nō supplā tabunt gressus eius. All'a. ℣ Iste est qui ame deum magnal virtutes opatus ē et oi terra do ctrina eius repleta est. Sēqn.

AVgustine pater deri le gis schola doctor veri cō fessoz gloria: Mente tibi grex deuota promit pastor pia vota canens cum letitia. Nullus do ctor par est tibi de quo tanta que ant scribi merito preconia. Di gnas laudes ergo pater digno plausu tibi mat' jubilat ecclesia. Te conuersuz prece matris lux diuina dat ex artis resilire tene bris. Tu p̄ dogma libros ac⁹ mūdi quasi fax es fact⁹ clara ni tens celebris. Per te pietatis norma tegit nos sub certa for ma data dero regula. Per resul eras hypnēsis tumulat te papi ensis humi sacra cellula. Pa stor oues nos curato nos ad cau las stimulato pigros et serotinos Ne nos hostis daudat sera pa te mētis quāuis sero cōforma to tibi nos. Euangeliū. Vos estis sal terre. ꝛc. lxxxiij. Off. Inueni dauid seruuz meū et in oleo scō unxi euz man⁹ eni mea auxiliabit ei et brachiū meū con fortabit eum. Secreta.

Sancti cōfessoris tui augu stini nobis dñe pia non desit oō q̄ ⁊ munera nr̄a conciliet et tuā nobis idulgētiā sp ob Munera no Alia. tineat. Ho stra dñe q̄s ꝓpiciat⁹ assume: ⁊ ut digne tuis famulemur alta rib⁹ sci tui hermetis nos inter B nūs ler. Cō sitōe custodi. Ho uus qui cū venerit dñs inuenerit vigilātē amē dico vobis sup oia bona sua cōstituet eū.

Ut nobis dñe Complenda tua sacrificia dent salutem. be atus confessor tuus atq̄ pn

tifex augustinus ꝗs predicator accedat. ℣. dñm nr̄m. Alia.

Repleti dñe benedictione celesti quǽsumus clementiam tuam: vt intercedente beato hermete martyre tuo que humilitate gerimus salubriter sentiamus. ℣. dñz

In decollatione beati iohannis baptiste. Introit.

Cognoui dñe quia equitas iudicia tua et in veritate tua humiliasti me cōfige timore tuo carnes meas a mandatis tuis non me repellas. ℣. Beati immaculati in via qui ambulāt i lege domini. Collecta.

Sancti iohannis baptiste et martyris tui dñe ꝗs veneranda solēnitas salutaris auxilij nobis prestet effectū. ℣. dñm. Eodem die Sabine virginis. Collecta.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriaz martyrij contuliſti. concede ꝓpicius: vt cuius natalicia colimus p ei' ad te exēpla gradiamur. ℣.

Lectio Libri Sapientie

Expectatio iustorum letitia: spes autem impioz peribit. Fortitudo simplicis via dñi: et pauor his qui operant' malum. Justus in eternū nō cōmouebitur: impij aūt nō habitabunt in terra. Os iusti parturit sapiētiā: lingua prauorum peribit. Labia iusti considerāt placita: os impiorū peruersa. Simplicitas iustorū diriget eos: et supplātatio peruersoz vastabit illos. Justitia rectoz liberabit eos: et in insidijs suis capient' iniq. Just' de angustia liberat' ē: et tradet impi' ꝓ eo. Simulator ore decipit amicū suū: iusti aūt liberabūt' sciētia. In bonis instoz exaltabit' ciuitas: et i pditiōe impioruz erit laudatio. In bñdictiōe iustoz: exaltabit' ciuitas. Graduale

Posuisti dñe sup caput ei' coronā de lapide pcioso. ℣. Desiderium aie eius tribuisti ei et volūtate labioz eius nō fraudasti eum. Alleluia ℣. Misso herodes speculatore precepit amputari caput iohannis in carcere. Sequentia.

Psallite regi nostro psal/
lite psallite psallite prudē
ter. Nam psalteriū est iocun/
dum cum cythara. Nato virgi/
nis quo psallens natus sterilis.
Cytharam carnis percussit i do/
mo domini. Dum quod sona/
bat damando docuit viuendo.
Mortificando que super terraz
sunt membra et hocalios docē/
do. Preparans christo plebez
perfectam iohannes vox clamā/
tis in deserto. Sed vox hec im/
pium herodem quez corripit mi/
nime corrigit. Haud tamen ta/
cuit sed adulqz sanguinem scele/
ri restitit. Non licz inquit te fra/
tris tui habere coniugem raptā
sibi peccasti quiesce penitentib' sic
precepit dominus. Vocem in/
cantantis sapienter herodes vt
aspis surda spernit vt iustum vt
sanctum iohannem timet quem
vinxit in carcere. Sedetin tene/
bris lucerna lucens amicus om/
nipotentis. Studet deliciis mū/
di principis filiꝰ perditiōis. Me/
retrix suader puella saltat rex iu
bet sanctus decollatur Dat rex
saltanti caput iohannis qui san
ctus antequā sit natus. En quo/
modo perit iustus quasi non sit
deo dilectus. Cum sit eius pre/
ciosa mors hec i conspectu domi/
ni. Nos corde percepimus ta/
lis et tantus est quia vicinus di/
gnitate christo sit et morte. Nā
morte turpissima dānatur spon/
sus sponsi et amicum damnant
morte recte turpissima. Care/
re carnis ductum quē ferūt psal/
lendo celis angeli angelum. Et
nos i terris tibi psallere fac chri/
ste in memoriam baptiste. Hē/
rodis spreta quo mensa altaris
tui mensa ipsum te sumimus sp
tibi psallamus. S. Marcum
M.t.t. Misit herodes rex ac te/
nuit iohem. et vinxit eū in carce/
rē ppt herodiadē vxorē phi/
lippi fris sui qa duxerat eā. di/
cebat enī iohs herodi. Nō licz
tibi hāc vxorē fris tui. Hero/
dias āt insidiabat illi: et vole/
bat occidere eū: nec pterat. He/
rodes enī metuebat iohānez.
sciēs eū virū iustū et sanctū: et cu/
stodiebat eū. Et audito eo mlt'
ta faciebat: et libent' eū audie/
bat. Et cuz dies oportun' acci/

disset: herodes natalis sui ce-
nam fecit principibus et tri-
bunis ⁊ primis galilee. Cūq;
introisset filia herodiadis et
saltasset ⁊ placuisset herodi si-
mulq; recumbentibus: rex ait
puelle. Pete a me qđ vis: ⁊ da
tibi. Et iurauit illi: quia q̄c-
quid peteris dabo tibi. liz di-
midiuz regni mei. Que cum
exisset dixit matri sue. Quid
petam: At illa dixit. Caput io
hannis baptiste. Cūq; intro-
isset statim cum festinatione
ad regem petiuit dicens. Vo-
lo vt protinus des mihi in disco
caput iohannis baptiste. Et
contristatus est rex. Propter
iusiurandū aūt ⁊ propter si-
mul discumbentes noluit eaz
contristari: sed misso spicula-
tore precepit afferri caput ei⁹
in disco. Et decollauit eum in
carcere. Et attulit caput eius i
disco ⁊ dedit illud puelle: ⁊ pu
ella dedit matri sue. Quo au
dito discipuli eius venerūt. et
tulerunt corpus eius. Et posu
erunt illud in monumento.

Iustus vt palma florebit Off.

sicut cedrus que in libano ē mul
tiplicabitur. Secreta.

Munera tibi dñe pro sancti
martyris tui iohannis bap-
tiste passione deferim⁹. q̄ duz
finitur in terris factus ē cele-
sti sede perpetuus: q̄s: vt ei⁹ ob-
tentu nobis p̄ficiant ad salu-
tem. Per dñm nostrū. Alia.

Hostias tibi dñe p̄ beate sa-
bine martyris tue dicatas me
ritis benignus assume: ⁊ ad
perpetuū nobis tribue p̄sidi
re subsidium. Per. Comñ.

Principes persecuti sunt me gra-
tis et a verbis suis formidauit
cor meum letabor ego super elo
quia tua sicut qui invenit spolia
multa concupiuit aia mea testi-
monia tua dñe et dilexit ea vehe
menter. Complenda.

Conferat nobis dñe sancti
iohannis baptiste vtrūq; so-
lennitas: vt ⁊ magnifica sa-
cramenta que sumpsimus di
gne veneremur ⁊ nobis salu-
taria sentiamus. Per. Alia

Oiuini muneris largitate
saciati q̄s dñe deus nostr:
vt intercedente beata sabina

martyre tua in eius semp̄ ꝓ-
cipatiõe viuamus. ℞ dñm.
Felicis et Adaucti martyrũ.
Sapientiã sanctoꝝ narrãt
populi et laudẽ eoꝝ nun-
ciat ecclesia noia aũt eoꝝ viuent
in seculũ seculi. ℣ Exultate iusti
in dño rectos decet collaudatio.
Gloria pa. et fil. **Collecta.**
Maiestatẽ tuã dñe supplices deprecamur: vt sic-
ut nos iugiter sanctoꝝ tuoꝝ
felicis ⁊ adaucti cõmemora-
tione letificas: ita semp̄ suppli
catione defendas. ℞. **Epla.**
Oculi. cc.lxxv. Gẽ.
Iustoꝝ anime in mãu dei sunt
et non tanget illos tormentum
malicie. ℣ Visi sunt oculis insi
pientium mori illi autem sunt in
pace. Alla. ℣ Mirabilis dñs
noster in sanctis suis. **Euangel'**
Nihil opertum. cc.lxxvi. **Off**
Letamini in dño et exultate iu-
sti et gloriami omẽs recti corde.
Hostias dñe ple- **Secreta.**
bis tue intende: ⁊ quas in ho-
nore sanctoꝝ tuorũ deuota
mente celebrat. proficere sibi
sentiat ad salutem. ℞. **Comñ.**

Quod dico vobis in tenebris
dicite in lumie dicit dñs. et qđ in
aure auditis ꝑdicate sup̄ tecta.
Repleti dñe mune- **Compl'.**
ribus sacris q̄s intercedenti-
bus sanctis tuis felice ⁊ adau
cto in gratiarũ semp̄ actione
maneamus. ℞ dñm nostrũ
Egidij abbatis Introitus.
Os iusti meditabit sapiaꝝ
et lingua eius loquet iu-
diciũ lex dei eius in corde ipsius.
℣ Noli emulari in malignanti
bus neqꝫ zelaueris facientes ini-
quitatem. **Collecta.**
Oretende nobis dñe mi-
sericordiam tuã ⁊ beati
egidij abbatis intercessio cuius
nos dedisti patrocinijs adiu
uari tribue vt maiestatẽ tuaꝝ
ꝓ nobis exoret. ℞ dñm no.
Eodem die Prisci. Collecta.
Omnipotens sempiterne
deus fortitudo certãtiũ
et martyrum palma solenni-
tatem hodiernam propicius
intuere. ⁊ ecclesiam tuaꝝ con-
tinua fac celebritate gaude-
re et intercessione beati prisci
martyris tui. oĩum in te cre-

dentiũ vota pficiat. ℣. Ep̃la
O edit dñs tõ. ℟. lxxix. Gz.
Inueni dauid seruũ meũ i oleo
sancto vnxi eũ man' eni mea au
xiliabit ei et brachiũ meũ cõfor
tabit eũ. ℣ Nihil proficiet ini
micus in eo et filius iniquitatis
non nocebit ei. ℟ Ll'a. ℣ Iste
est qui ante deũ magnas virtu
tes opatus est et ois terra doctri
na ei' repleta est. Euãgel'. Vi
gilate quia ne. ℟. lxxix. Off.
Veritas mea et misericordia
mea cũ ipso et in noie meo exal
tabitur cornu eius. Secreta.
Intercessio qñs dñe beati egi
dij abbatis munera nr̃a cõ
mendet nosq; eius veneratio
sancta tue maiestati reddat
acceptos. ℞ dñm. Alia.
Eius tibi p̃cibus dñe qñs
grata reddat oblatio p̃ cui'
est festiuitate immolãda. ℞.
Dñe quinq; talẽta tradi
disti mihi ecce alia quinq; suplu
crau' tuq; euge serue fidel' quia in
pauca fuisti fidel' supra mlta te
cõstituã intra in gaudiũ dñi mi.
Q qñs op̃s ds vt q̃ Complẽ.
celestia alimẽta perpim' incte
dente bt̃o egidio abbate con
tra oia aduersa muniamur:
et ad gaudia cõsequẽda spes
nobis suppetat ꝫ facultas. ℞
P resta q̃s dñe vt sa Alia
cramenta tui ptic̃patione ve
getati. sancti quoq; martyris
tui prisci meritis adiuuemur
℞ dñm. In natiuitate bea
te Marie virginis. Introit'.
Audeam' oẽs
in dño diez fe
stum celebrã
tes in honore
marie virginis
de cuius natiuitate gaudẽt ange
li et collaudant filiũ dei ℣ Eru
ctauit cor meũ verbũ bonũ dico
ego op̃a mea regi. Colle.
Supplicatione seruoruz
tuoz ds miserator exaudi: vt
q̃ in natiate dei gẽitricis ꝫ vir
ginis marie cõgregamur ei'
intercessiõib' a re de instãtib' pi
culis eruamur. ℞ eũ. Alia.
P resta q̃s op̃s ds vt q̃
beati adriani mr̃is tui
natalicia colim' : a cũctis malis
iminẽtib' eius intercessiõib' libe
remur. ℞ dñm.

Per octauam Collecta

Famulis tuis dñe celestis gratie munus impartire: vt quibus beate virginis marie partus exitit salutis exordium: natiuitatis eiꝰ votiua solennitas pacis tribuat incrementum. Pdñm nostrum iesum christum filium

Lectio libri Sapiētie.

Dominꝰ possedit me initio viarum suarū anteq̄ quicq̄ faceret a principio. Ab eterno ordinata sum ⁊ ex antiq̄s anteq̄ terra fieret. Necdum erant abyssi: ⁊ ego iam concepta erā. Necdū fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole constiterant. ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat et flumia: ⁊ cardines orbis terre. Quando preparabat celos aderam: quando certa lege et gyro vallabat abyssos. Dñs etheram firmabat sursum: ⁊ librabat fontes aquarū. Dñs circūdabat mari terminū suum: ⁊ legem ponebat aquis: ne transirent fines suos. Dñs appendebat fundamenta terre: cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies: ludens coram eo omni tempore. ludens in orbe terrarum: ⁊ deliciē mee esse cū filijs hominū. Nunc ergo filij audite me: beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam ⁊ estote sapientes: et nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me: ⁊ qui vigilat ad fores meas quotidie et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit inuenier vitam: ⁊ hauriet salutē a dño.

Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternū. ℣ Propter veritatem et mansuetudinē et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia ℣ Natiuitas gloriose virginis marie ex semine abrae orta de tribu iuda dara ex stirpe dauid. Seqntia

Stirpe maria regia procreata regem generans ihesū. Laude digna angeloruꝫ sanctoꝫ. Et nos pcatores tibi deuotos iuuare benigna. Tu pios pa-

trū moresq ostētas i te sed excellis eosdem. Patris tui salomonis in te lucet sophia. Et ezechiel apud deum cor rectum sed nunquam in te corrumpendū. Patris iosie adimpleuit te religiositas. Summi etiam patriarche te fides totam possedit patris tui Sed quid nos istos recensem? heroas. Cum unus natus oēs precellat illos atq; cunctos p orbem. Hosac die tibi gregavs serua virgo i lucem mundi qua prodisti paritura celorū lumen.

Initiū sancti euāgelij. Secz

Liber generationis iesu christi filij dauid: filij abraam. Abraā genuit ysaac: ysaac aūt genuit iacob. Jacob aūt genuit iudam z frēs eius: iudas autē genuit phares z zarā de thamar. Phares aūt genuit esrom: esrom aūt genuit aram. Aram aūt genuit aminadab Aminadab aūt genuit naason. Naason autē genuit salmon: salmon autem genuit boos de raab. Boos autē genuit obeth ex ruth: obeth aūt genuit iesse. Jesse autem genuit dauid regem: dauid autem rex genuit salomonem ex ea que fuit vrie. Salomō autem genuit roboam: roboam autem genuit abiam. Abia autem genuit asa. Asa autez genuit iosaphat. Josaphat autem genuit ioram: ioram autem genuit oziam. Ozias autem gēuit ioathan: ioathā autem genuit achas. Achas autem genuit ezechiam: ezechias autē genuit manassen. Manasses autē genuit amō amon autem genuit iosiam. Josias autem genuit iechoniam z fratres eius: in translmigratiōe babylonis. Et p? translmigrationē babylonis iechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel: zorobabel autem genuit abiud. Abiud aūt genuit eliachim: eliachim aūt genuit azor. Azor autez genuit sadoch: sadoch autem genuit achim. Achim aūt genuit eliud: eliud autem genuit eleazar. Eleazar āt gēuit mathā:

mathan autem genuit iacob Jacob autem genuit ioseph virum marie. De qua natus est ihesus: q̄ vocatur christus.

Aue maria gratia plena dñs tecum benedicta tu i mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Oꝛ.

Secreta.

Unigeniti tui dñe nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine matris integritatem non minuit sed sacrauit. in natiuitatis eius solennijs a nostris nos piaculis exuens oblationem nostram sibi faciat acceptā. Qui tecū.

Munera q̄s dñe tibi Ofa. oblata sanctifica: et intercedente bto adriano martyre tuo. per eadem nos placatus inte de. p dñm. Prefatio. Et te i natiuitate. Com.

Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus i eternum. Complenda.

Sumpsimus dñe celebritatis annue votiua sacramēta presta quesumus: vt et temporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. p dñz. Ofa.

Beati adriani martyris tui dñe intercessione placatus psta q̄s: vt que temporaliter gerimus perpetua saluatione capiamus. p Gorgonij mar

Sanctus dñe tyris Cor gorgonius sua nos intercessione letificet: et pia faciat solēnitate gaudere. p dñz.

Grata tibi sit dñe Secreta nostre seruitutis oblatio: quā pro sancti gorgonij martyris tui honore deferimus. p dñ.

Familiam tuam Complē. q̄s dñe suauitas illa tota contingat et vegetet. qua in martyre tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascat. p eū Prothi et Hyacinti. Collet.

Beati prothi et hyacinthi nos dñe foueat pia fiosa confessio: et pia iugiter intercessione tueatur. p dñz.

Pro sanctorum Secreta. tuorum prothi et hyacinti cōmemoratione munera tibi domine debita reſoluimus pressta quesumus: vt remedium nobis perpetue saluis operentur. p dñm nostrum ihesum.

Ur pcepta nos Complen: dñe tua sancta purificēt bti pphi ꝛ hyacincti ꝗs implorēt oratio. ℣ Materni epiſcopi

Tauit ei dñs testamentū pacis et principez fecit eum vt sit illi sacerdocii dignitas in eternū. ℟ Misericordias domini in eternū cantabo. Collect.

Deus ꝙ nos deuota bti materni cōfessoris tui atq; pontificis instātia ad agnitionē sanctissimi tui nominis vocare dignat⁹ es. cōcede ꝓpitius: vt cuius solēnia colimus patrocinia sentiam⁹. ℣ dñm

Epla. Dilect⁹ deo. ci.lxxix.

Ecce sacerdos magn⁹ qui Gr. in dieb⁹ suis placuit deo. ℣ Nō est inuentus similis illi qui cōseruaret legē excelsi Alla ℣ Iste est qui ante deū magnas virtutes opatus est et ois terra doctrina eius repleta est. Euangelii

Vigilate quia. ci.lxxix. Off.

Veritas mea et misericordia mea cum ipso in noie meo exaltabit cornu eius Secreta.

Sancti materni cōfessoris tui atq; pontificis ꝗs dñe annua solēnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placatiōis officia ꝛ illū bnata retributio comitetur ꝛ nobis gratie tue dona conciliēt. ℣

Beatus seru⁹ quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē amen dico vobis sup oia bona sua cōstituet eum. Complenda.

Deus fideliu⁹ remunerator aiarū pra: vt bti materni cōfessoris tui atq; pontificis cuius venerādā celebram⁹ festiuitatē. eius pcib⁹ indulgētiā cōsequamur. ℣. In exaltatione sancte crucis. Introitus.

Os aūt gloriari oportet in cruce dñi nri ihesu christi in quo ē sal⁹ vita et resurrectio nra p quē salua ti et liberati sum⁹ ℟ Deus misereat nri et bñdicat nobis illūiet vultū suū sup nos et misereat nostri. Collecta.

Deus qui nos hodierna die exaltatiōe sce crucis ānua solēnitate letificas. pra ꝗs: vt cui⁹ mysteriū in terra cognouim⁹ ei⁹ redēptiōis pmia in celo cōsequamur. ℣.

Eodem die Cornelij et Cypriani episcoprum. Collecta.

Firmitatē nostrā qs dñe p piciꝰ respice ⁊ mala oia que iuste meremur sanctoꝝ tuorū cornelij ⁊ cypriani intercessione auerte. ℣. Ad philippēs Fratres: Christꝰ factꝰ est p nobis obediens patri vsqꝫ ad mortem. mortē aūt crucis. Propt̄ qđ ⁊ deus illū exaltauit: ⁊ donauit illi nomē qđ est supꝫ omne nomē. vt in noīe iesu omne genu flectatur celestiū terrestriū ⁊ infernorū. Et oīs lingua confiteat. quia dñs noster iesus christꝰ i gloria dei patris. ℟. Graduale Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortē mortē autem crucis ℣. Propter qđ et deus exaltauit illū et dedit illi nomē quod est supꝫ omne nomen Alleluia ℣. Dulce lignum dulces dauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regē celoꝝ et hoium. Seqntia.

Laudes crucis attollam⁹ nos qui crucis exultam⁹ spāli gloria. Dulce melos tā gat celos dulce lignū dulci dignum credimus melodia. Uoci vita non discordet dum voꝫ vitā non remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucē laudent qui per crucem sibi gaudent vite dari munera. Dicant omnes et dicant singuli aue salus toti⁹ tedli arbor salutifera O quā felix quā preclara fuit hec salutis ara rubens agni sanguie. Agni sine macula qui mundauit seculā ab antiquo crimine. Hec ē scala peccatorum per quam christus rex celorum ad se traxit omnia. Forma cuius hec ostendit que terrarum cōprehendit quatuor confinia. Non sunt noua sacramenta nec recenter est inuēta crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit per hanc silex aquas iecit moysi officio. Nulla salus est in domo nisi cruce munit homo supꝫ liminaria. Neqꝫ sentit gladium nec amisit filiuꝫ quisquis egit talia. Signa legens in sarepta spem saluis est adepta pauper mulierecula Sine lignis fidei nec lechit⁹ olei valet nec farinula. Roma nauesonnuer-

las in profundum vidit mersal
vna cum maxẽcio. Nisi traces
cesi ꝑse sed et partis dux aduerse
victus ab eradio. In scripturis
sub figuris ista latẽr sed iam pa-
tent crucis bñficia. Reges cre-
dum hostes cedũt sola cruce chri-
sto duce vn⁹ fugat milia Ista su-
os fortiores semꝑ facit et victo-
res morbos sanat et languores
reprimit demonia. O arcapti-
uis libertatem vite confert noui-
tatem ad antiquã dignitatẽ crux
reduxit oia. O crux lignũ triũ-
phale mũdi vera salus vale in-
ter ligna nullũ tale fronde flore
germine. Medicina christiana
salua sanos egros sana qđ non
valet vis hũana fiti nuo nomĩe:
Assistẽtes crucis laudi cõsecra-
tor crucis audi atqꝫ seruos nue
crucis post hanc vitam vere lucis
transfer ad palacia. Q uos tor-
mento vis seruire fac tormenta
non sentire sed auꝫ dies venit ire
nobis confer largire sempitna
gaudia. Euãgeliũ. Erat ho-
mo ex phariseis. Ri octaua
pentecostes. fol. c. xlij. C redo
in vnũ deũ dicãtur. Offert.

Protege dñe plebẽ tuam ꝑ sig-
nũ sancte crucis ab oĩb⁹ insidis
inimicoꝝ oĩum vt tibi gratas ex-
hibeamus seruitutẽ et acceptabi
le tibi fiat sacrificiũ nr̃m. Secre.
Hec hystia qs dñe emundet
nr̃a delicta: que in ara crucis
immolata tot⁹ mũdi tulit offen
sas. ℣. dñm nostrũ. Alia:
Plebis tue dñe munera be-
nignus intende. q̃ maiestati
tue in sanctoꝝ martyrũ tuoꝝ
cornelij z cypriani solẽnitati-
bus sunt dicata. ℣. Prefat.
Qui salutem. Comũ.
Nos aũt gloriari oportet i cru-
ce dñi nr̃i ihesu christi. Complẽ.
Ihesu christi dñi nr̃i corpore et
sanguine saginati ꝙ quẽ cru-
cis vexillum ẽ sanctificatũ qs
dñe deus noster: vt sicut idem
vexillum adorare meruim⁹ ita
ꝑpetnitatis eius gloria salu-
tari ꝓciamur effectu. ℣ c.
Q uos dñe salutarib⁹ Alia
repleti mysterijs: vt quoꝝ so-
lennia celebram⁹ eorũ oroni
bus adiuuemur. ℣ dñm n.
In octaua beate Marie virgi-
nis. per totũ vt supra in die

sancto. cum adiuncta collecta de sancto Nycomede.

Nycomedis martyris. Colle.

Adesto dñe ppulo tuo. ut beati nicomedis martyris tui merita predara sulcipiens. adimpetrandā misericordiā tuā semp eiul patrocinijs adiuuemur. ℣. dñm n

Suscipe dñe mu- Secreta. nera ppicius oblata. que mactestati tue beati nycomedis martyris tui cōmendet oño. ℣. dñm nostrū ie. Comple.

Purificēt nos qs dñe sacramenta que sumpsim' 7 intercedente beato nycomede martyre tuo a cunctis efficiant vicijs absolutos. ℣. Eufemie virginis et martyris. Inc.

Vulā tuū deprecabunt oēs diuites plebis adducentur regi virgines post eā proxime eius adducent tibi in leticia et exultatione ℣ Eructauit cor meum verbum bonuz dico ego opera mea regi. Collecta.

Omnipotēs sempiterne deus q infirma mūdi eligis vt fortia quecz cōfundas

concede ppicius: vt q beate eufemie martyris tue solēnia colimus eius apud te patrocinia sentiamus. ℣. Eodē die

Presta qs dñe pti Alia bus nris cū exultatiōe pcessū: vt quoz diem passionis annua deuotiōe recolim' eciam fidei constantiā consequamur. ℣. Epla. Qui gloriamr. cc.lxxxv. Graduale

Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē. ℣ Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alla ℣ Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Euangeliū. Simile ē regnū celoz etc. cc.lxxxiij. Offe.

Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerent tibi. Presta qs dñe de- Secreta. us noster: vt sicut in conspectu tuo mors ē preciosa sanctoz. ita coz merita veneranciū acceptā tibi reddatur oblatio. ℣. Munera pli tui dñe p- Alia picians intēde: vt quoz nos tribuis celebrare solēnia fac gaudere suffragijs. ℣ dñm nostrū ielum christū. Com.

Similē est regnū celoꝝ hoi negociatori quērēti bonas margaritas inuēta vna pciosa margarita dedit oia sua et cōpauit eaꝫ.

Sanctificet nos Complen. dñe qs tui pceptio sacramēti et intercessione bte cufemie martyris tue tibi reddat acceptos. ℣ dñm nr̄m. Alia.

Exaudi dñe pces nr̄as. vt sanctorū tuoꝝ quoꝝ festa solenniter celebramus cōtinuis foueantur auxilijs. ℣ dñm no

Lamberti episcopi.

Exabit nus in dño et spabit in eo et laudabunt oēs recti corde. ℟ Exaudi deus oōnez meam cum deprecor a timore inimici eripe animam meā. Coll.

Alia Collecta

Deus qui bt̄m lambt̄i martyre tuū atq; pōtifice ita in tuo amore inflammasti, vt nō solum pro te terrena subam verū etiā ppria cōtemneret carnē, cōtrede ppitus, ut q̄ illius sōte, (cōmōitoez celebram) deuotiꝰ ipso opitulante ab oī aduersitate mereamur liberari Per dñm nr̄m

O Eus qui saluare nobis hodierna die bti lamberti sacerdotis et martyris tui passione dedisti letitiam. presta qs: vt et cōuersatiōis eius insignia expiamur et intercessione tibi placita iugiter glorie mur. Epla. Bonus vir qui inuentus. ℣. Gradual

D ñe puenisti eū in bñdictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide pciosо. ℣ Vitā petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. Alla ℣ Corona aurea super caput eius expssa signo sanctitatis glorie et honoris. Euangeliū. Qui vos audit. ℣. lxxx. Off

Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide pciosо vitā petiit a te tribuisti ei alla. Secreta.

Sacrificiū nr̄m dñe qs et ipsa tibi actione sit placabile: et bti lāberti sacerdotis ac martyris tui intercessiōe ad nr̄e salutis augmētū fiat acceptabile. ℣ dñm nostrū. Comū

Magna ē gloria eius in salutari tuo gloriā et magnū decorez impones sup eū dñe. Complē.

Saciati sumus dñe mūeribꝰ sacris: quē tanto nobis credimus pficura q̄to sanctis meritis bti lamberti incumbentibus hec nos prepisse cōfidimus. ℣. In vigilia Mathei apli. Introit.

Ego autez sicut oliua fructificaui in domo dñi speraui in misericordia dei mei et expectabo nomē tuū quoniā bonū est ante

conſpectū ſanctoꝝ tuoꝝ ℣ Quid gloriaris in malicia qui potēs es iniquitate. Collecta.

OMnīpotēs deus: vt beati matthei apostoli tui et euangeliste quā preuenimus veneranda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. ℟. Epla. B tūs ympno qui inuenit sapientiā. ℣. lxvij. Gꝫ. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani mltiplicabit in domo dñi. ℣ Ad āūciandū mane misericordiā tuā et veritatē tuā p noctem: Si venerit in die dñicam. Alla ℣ Per manus aūt apłoꝝ fiebāt signa et prodigia multa in plebe. S Lucam

℣. i. c. Vidit iesus publicanū nōie leui sedentē ad teloneū: et ait illi. Seqre me. Et relictis oībus. surgēs secutus est euꝫ. Et fecit ei cōuiuiū magnū leui: in domo sua. Et erat turba multa publicanoꝝ: et alioruꝫ qui cū illis erant discūbentes. Et murmurabāt pharisei et scribe eoꝝ: dicētes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et pcōrib⁹ māducatis et bibitis: Et respōdēs iesus dixit ad illos. Nō egēt q̄ sani sunt medico: sed q̄ male habēt Nō eni veni vocare iustos: sz pcōres ad penitentiā. C redo non dicit nisi in dñica. Off. Gloria et honore coronasti eū et cōstituisti euꝫ sup opa manuū tuarum domine. Secreta.

Apostolici reuerētia culmis offerentes sacra mysteria q̄s dñe: vt beati matthei euāgeliste suffragijs cuius natalicia pūenim⁹ hec plebs sempz sua vota depromat et deliberata pficiat. P dñm. Com.

Dosuisti dñe in capite eius coronam de lapide pciosо. Cōpl.

B eati matthei euāgeliste q̄s dñe supplicatiōe placat⁹. et veniaꝫ nobis tribue. et remedia sempiterna concede. P dñm.

In die sancto. Inc

OS iusti meditabit sapientiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei ei⁹ in corde ipsius. ℣ Noli emulari in malignāt⁹ neqz zelaueris facientes iniquitatem. G loria patri et filio et spiri. Collecta.

BEati apostoli tui ⁊ euangeliste matthei dñe precibus adiuuemur. vt qđ possibilitas nostra nō obtinet. ei⁹ nobis intercessione condonet P dñm nost. **Ad Ephesios.**

FRatres: Vnicuiq; nostrū data est grā secm mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascēdēs in altum captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hominib⁹ Quod aūt ascendit quid ē nisi quia ⁊ descēdit primū in inferiores partes terre: Qui descendit ipse est ⁊ qui ascēdit super omnes celos vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidē apostolos. quosdam aute ꝓphetas. alios autem euangelistas alios vero doctores ⁊ pastores ad consūmationem sanctoꝝ in op⁹ ministerij in edificationē corporis christi. donec occurramus omnes in vnitatem fidei ⁊ agnitionis filij dei. In virum perfectū in mensuram etatis: plenitudinis christi. **Graduale**

BEatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis. Potens in terra erit semen eius generatio rectoruz benedicetur. **Alleluia** ỽ Beat⁹ vir qui sustinet temptationē quoniam cum probatus fuerit accipiet coronā vite. **Secm Matthеum.**

IN illo tempore. Cum trāsiret ihesus vidit hominē sedentem in theloneo matthеum nomine: ⁊ ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eū. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cū iesu ⁊ discipulis ei⁹ Et videntes pharisei dicebāt discipulis eius. Quare cum publicanis ⁊ peccatorib⁹ māducat magister vester: Ihesus audiens ait. Non est op⁹ valentibus medicus. sed malle habentibus. Euntes autez discite: quid est misericordiaz volo ⁊ non sacrificium. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. **Offert.**

NOnne tu domine in capite eius coronam de lapide precioso vitam petiit a te tribuisti ei alleluia

Supplicationib' Secreta. apostolicis beati matthei apostoli z euangeliste quis ecclesie tue dñe cõmendetur oblatio: cuius magnificis predicationib' eruditur. ℣. Com. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnũ decorem impones sup eum dñe: ℣ erceptis dñe Complen. sacramentis beato ap'lo tuo z euangelista matthęo interuenient deprecamur. vt que p eius celebrata sunt gloria nobis proficiant ad medelã. ℣ Mauricij et alioꝝ martyrũ.

Iusti epulentur et exultent in cõspectu dei delectentur in leticia ℣ Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Collecta.

Annue qsumus ops de': vt nos sanctorum martyrum tuorum mauricij. exuperij. candidi. victoris. innocentij. z vitalis sociorumq; eorũdem letificet festiua solẽnitas vt quorũ suffragijs nitimur natalicijs gloriemur. ℣ dw. Epistola. Respondens vnus de senioribus. c.lxxv. Gr. Vindica domine sanguinẽ sanctorum tuorum qui effusus ẽ ℣ Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilib' celi carnes sanctorum tuoꝝ bestiis terre. Alleluia ℣ Vox exultationis et saluris in tabernaculis iustorum. Euangeliũ. Ostendens ielus. c.lxxvi. Offert. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum

Respice dñe mune Secreta ra q̃ in sctoꝝ martyrũ tuorũ mauricij exuperij candidi victoris innocẽtij z vitalis ac sociorũ eorũdem cõmemoratione deferim' z pst̃a: vt quoꝝ honore sunt grata eoꝝ nobis fiant intercessiõe salutaria. ℣. Posuerũt mortalia Com. seruoꝝ tuoꝝ escas volatilib' celi carnes sanctoꝝ tuorum bestiis terre scdm magnitudiné brachii tui posside filios morti puuitoꝝ. Celestibus re- Complenda. fecti sacramentis z gaudijs supplices te rogamus omnipotens deus: vt quorũ gloria-

mur triūphis ꝓtegamur au
xilijs. ℞ dñm nostrū iesum.

Cosme et Damiani martyꝝ

SApiētiā sanctoꝝ narrāt
populi et laudem eoꝝ nū-
ciat ecclesia noia aūt eoꝝ viuent
in seculū seculi. ℣ Exultate iu-
sti in dño recti decet collaudatio

Coll.

MAgnificet te dñe
mine sanctoꝝ tuorū
cosme ⁊ damiani beata solen
nitas. qua ⁊ illis gloriā sem-
piternā ⁊ opem nobis ineffa-
bili ꝓuidentia contulisti. ℞.

Epla. Qui timēt dñm. ꝛc. lxxv.

Clamauerūt iusti et dñs &c.
exaudiuit eos et ex oīb⁹ tribula-
tionib⁹ eoꝝ liberauit eos. ℣ Ju-
xta est dñs his qui tribulato sūt
corde et hūiles spū saluabit.

Alla ℣ Justi epulent et exul-
tent in conspectu dei delectēnur in
letitia.

Euangelium. ℟ et mā
dvobis. ꝛc. lxix.

Offert.

Gloriabuntur in te omnes qui
diligunt nomen tuū quoniaꝝ tu
dñe benedicis iustis. dñe vt scu-
to bone voluntatis tue coronā-
sti eos.

Secreta.

MAnuoꝝ dñe ꝑciosa morte iu-
stoꝝ sacrificiū illud offerimus
de quo martyriū sumpsit om
ne principiū. ℞ dñm.

Coīo.

NOsuerūt mortalia seruorū
morū dñe escas volatilibus celi
carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestiis ter-
re sed̄ magnitudinē brachii tui
ꝓfide filios morti punitorum.

Complen.

Sit nobis dñe sa-
cramenti tui ꝓceptio certa sal
uatio: que cum beatoꝝ marty
rum tuoꝝ cosme ⁊ damiani
meritis imploratur. ℞ dñm

Michaelis archangeli. Inc.

BEnedicite dñm oēs
angeli eius potētes
virtutes qui facitis
verbū eius ad au
diendam vocē sermonū ei⁹ ℣
Benedic anima mea dño et oia
que intra me sunt noi sancto ei⁹.

Oratio

DEus qui miro ordine angeloꝝ mini-
steria hoīumq; dispensas. cōcede
ꝓpicius: vt a quibus tibi mi-
nistrātib⁹ in celo semp assistit
ab his in tra vita nostra mu-
niatur. ℞ dñm nostꝝ iesum.

Lectio libri apocalypsis beati

IN diebus **Johānis apostoli**

illis. Significauit deus que oportet fieri cito. loquens per angelum suū seruo suo iohānī. qui testimoniuz perhibuit verbo dei: z testioniū iesu christi quecūqz vidit. Beatus qui legit z qui audit verba ꝓphē cie huius. z seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enī ꝓpe est. Johannes septez ecclesijs que sunt in asya. Gratia vobis z pax ab eo qui est z q̄ erat et qui venturus ē: z a septem spiritibus q̄ in conspectu throni eius sunt. z ab iesu christo qui est testis fidelis primogenitus mortuoz z princeps regum terre. Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris: in sanguine suo. **Graduale.** Benedicite dñm omnes angeli eius potentes virtutes qui facitis verbū eius. ℣ Benedic anima mea domino et omnia interiora mea nomen sanctum eius **A**lleluia ℣ Cōcussum est mare et contremuit terra vbi archāgelus michael descēdebat ō celo

Ymni re- **Sequentia.**
gis archangele michael:
Intende quesumus nostris vocibus. Te nanqz profitemur esse supernorum ciuium principem. Tu deum obsecra pro nobis vt mittat auxilium miseris. Principalis est potestas a dño tibi data peccātes saluificare animas. Idem tenens perpetui potentiam paradysi omnes ciues te honorant superi. Tu in templo dei thuribulum aureum visus es habuisse manibus. Unde scandēs vapor aromate plurimo peruenit ante conspectū dei. Quādo cum dracone magnuz perfecisti prelium saucibus illius animas eruisti plurimas. Hinc maximū agebatur in celo silentium milia milium dicebant sal' regi dño Audi nos michael angele summe tu patrū desēde ō poli sede nobis ferēdo opem dñi atqz leuamē indulgētie Tu nostros gabriel hostes prosterne tu raphael egris affer medelaz morbos absterge noxas dilue nosqz facinerosse gaudijs brōz

A.i.t. Accesse **S.Matthæus**
runt discipuli ad iesum dicētes. Quis putas maior est in

regno celoꝝ: Et aduocans ie-
sus paruulū statuit cū in me-
dio eorum ꝛ dixit. Amē dico
vobis: nisi conuersi fueritis ꝛ
efficiamini sicut paruuli non
intrabitis in regnū celorum.
Quicūq; ergo hūiliauerit se
sicut paruul⁹ iste: hic maior
est in regno celoꝝ. Et q̄ suscepe-
rit vnū paruulū talē in noīe
meo: me suscipit. Qui aūt scā-
dalizauerit vnum de pusillis
istis q̄ in me credūt: expedit ei
vt suspendat⁹ mola asinaria i
collo eius: ꝛ demergat⁹ in pro-
fundū maris. Ve mundo ab
scandalis. Necesse ē enī: vt ve-
niant scādala. Veruntamē
ve hoī p quē scandalū venit.
Si aūt manus tua vel pes tu-
us scandalizat te: abscide eā
et proice abs te. Bonū tibi est
ad vitam ingredi debilem vl̄
claudum: q̄ duas man⁹ vel
duos pedes habentē mitti i ig-
nem eternū. Et si oculus tuus
scandalizat te: erue eū ꝛ proice
abs te. Bonū est tibi cū vno
oculo ad vitā intrare: q̄ du-
os oculos habentem mitti in
gehennam ignis. Videte ne
contemnat⁹ vnū ex his pusil-
lis. Dico enī vobis q̄a ange-
li eoꝝ in celis semp vident fa-
ciem patris mei qui in celis ē

Credo non dicitur. Offert.

Stetit angelus iuxta aram tē-
pli habens thuribulū aureum i
manu sua et data sunt ei incensa
multa et ascendit fumus aroma
tum in conspectu dei alleluia.

Hostias tibi dñe **Secreta** laudis offerim⁹ supplices dep̄-
cantes: vt easdem p̄ nobis an
gelico incedente suffragio
et placat⁹ accipias. ꝛ ad salu-
tem nostrā p̄uenire cōcedas.
Per dñm nostrū ihesum christū

Benedicite oēs angeli Com.

dñi dño hymnū dicite et superex-al
tate eum in secula. **Completa**

Beati archangeli tui michae
elis intercessione suffulti sup-
plices te dñe deprecamur: vt
quod ore prosequimur con-
cingamus et mente. Per dñm
nostrū ie. **Hieronymi pbri.**

Os iusti meditabit⁹ sapiaꝝ
et lingua eius loquetur iu-
dicium lex dei ei⁹ in corde ipsius.

℣ Noli emulari in malignantibus neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria pa. Collect.

DEus q̃ nobis p̃ bt̃i hieronymi cõfessoris sacerdotiq; sui scripture sce veritate ⁊ mystica sacramẽta revelare dignat⁹ es. pr̃a q̃s: vt cuius natalicia colim⁹ ei⁹ semp̃ et erudiamur doctrinis ⁊ meritis adiuuemur. ℟. Lectio

OPtaui libri Sapiẽtie et datus ẽ mihi sensus et inuocaui ⁊ venit in me spũs sapie. Et prepolui illã regnis et sedib⁹: ⁊ diuitias nihil cẽ dixi in compatione illi⁹. nec cõparaui illi lapidem p̃ciosum Quia oẽ aurũ in compatione illius arena est exigua: ⁊ tãq̃ lutũ estimabit argentũ in cõspectu eius. Sup salutẽ ⁊ spẽciem dilexi illã: ⁊ ꝓposui ꝓ luce habere illã. q̃a inextinguibile est lumẽ illius. Venerũt autem mihi oia bona pĩ cũ illa et innumerabilis honestas per manus illi⁹. Et letatus sum in omnib⁹. q̃a antecedebat me ista sapiẽtia: ⁊ ignorabã q̃a horũ omniũ mater est. Quã sine ficione didici. ⁊ sine inuidia cõmunico. ⁊ honestatẽ ei⁹ non abscondo. Infinitus enim est thesaurus hominib⁹: quo qui vsi sunt participes facti sunt amicicie dei. propter disciplinę dona cõmendati. Gz.

OS iusti meditabit sapientiaz et lingua eius loquetur iudiciuz. ℣ Lex dei eius in corde ipsius. et non supplantabũtur gressus eius. Alleluia ℣ Iste est qui ante deũ magnas virtutes operatus est et omnis terra doctrina eius repleta est. Sequẽtia.

SAlue pater flos doctorũ salue flos decusq; morũ o flos heremi cultorum rosa pudicicie. Magne scriba sacre legis preco rhetor summi regis tecta pandis nũda regis regula iustice. Lasciuorum dericorum monachorum lubricorum vas hieronymus honorum detestabatur crimina. Nox nephanda machinantur sanguini insidiãt iusto sicq; obdachãt vipraz genimĩa Quoz ire lotũ dedit inocẽs furori cedit vasta loca nã

Missus ē angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth: ad virginez despnsataz viro. cui nomen erat ioseph de domo dauid: Et nomē virginis maria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue grā plena. dūs tecū: bñdicta tu i mulieribꝫ. Que cū audisset turbata ē in sermone eiꝰ: a cogitabat qualis essz ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim grām apud deū. Ecce cōcipies in utero a paries filiū: a vocabis nomē eiꝰ iesum. Hic erit magnꝰ a filiꝰ altissimi vocabit. Et dabit illi dūs ds sedem dauid pris eiꝰ. a regnabit i domo iacob i etnū: a regni eiꝰ nō erit finis. Dixit autē maria ad angelum. Quō fiet istud: qm virū nō cognosco: Et rndēs agelus: dixit ei. Spiritus scūs supuenier te: a virtꝰ altissimi obūbrabit tibi. Jō qd nascet ex te scm: vocabit filiꝰ dei. Et ecce elisabeth cognata tua: a ipsa cōcepit filiū i senectute sua. Et hic mēsis ē lxtus illi q vocat sterilē: qa non erit impossibile apd deum oē verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi. Fiat mihi sm verbum tuū. Credo dr. Offert.

Ave maria grā plēa dūs tecū. bñdicta tu i mulieribꝫ et bñdictꝰ fructus uētris tui. Secreta.

Altari tuo dñe mūera supposita spūscūs assumat: quibē marie uiscera splēdoribus sue virtutis repleuit. Pdūm eiusdē. Prefatio. Ere te in ve. Ece virgo cōcipiet et pa Comriet filiū et vocabit nomen eius emanuel. Complenda:

Gram tuā dñe mētibꝫ nris infunde: ut q angelo ānūciante: christi filij tui incarnatiōnē cognouim⁹ p passionē eiꝰ et crucē ad resurrectiōis glo-

Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris ℣ Virgo dei genitrix quē tot' nō capit orbis in tua se dausit viscera factus homo. Alleluia. ℣ Virga iesse floruit. virgo deum et hoiem genuit pacem deus reddidit in se reconciliās yma sūmis. Vel Alia ℣ Sancta dei genitrix virgo semp maria intercede pro nobis ad dñm iesum christū.

Sequentia.

Uerbū bonū et suaue ploremus illud aue p quod christi fit cōclaue virgo mater filia. Per qd aue salutata mox concepit fecundata virgo dauid stirpe nata int spinas lilia. Aue veri salomōis mater vellus gedeonis cuius magi tribus donis laudant puerperiū. Aue solem genuisti aue prolē protulisti mūdo lapso cōtulisti vitā et imperiū Aue sponsa verbi summi maris portus signū dumi aromatū virga fumi angelox dña Supplicam' nos emēda emendatos nos cōmēda tuo nato ad habenda sempitna gaudia. Item alia

Aue p̄clara maris stella i lucem gentiū maria diuinitus orta. Euge dei porta que nō apta veritatis lumē ipsius solem iusticie indutū carne dutis i orbem. Virgo decus mūdi regina celi preelecta vt sol pulchra lunaris vt fulgor agnosce oēs te diligētes. Te plenā fide virgam alme thrpis iesse nascituras priores desideraueruṅ patres et prophete Te lignū vite sancto rorante pneumate parituram diuini floris amygdalū signauit gabriel. Tu agnū regem terre dñatorē moabitici de petra deserti ad montem filie sion traduxisti.. Tuq furentē leuiathā serpentē tortuosumq et vecē collidens damnoso crimine mūdum exemisti. Hinc gentiū nos reliquie nre sub cultu memorie mitx in modū quē es enixa propiciationis agnū regnātē celo eterna liter deuocam' ad arā mactādū mysteri aliter. Hinc māna vex israelitis veris veri abrae filiis admirātibus quōdaq moysi qđ typus figurabat iam nūc abducto velo datur pspici ora virgo

Aue prolem genuisti,
aue solem protulisti,
mūdo lapso cōtulisti
vitam et imperium

nos illo pane celi dignos effici. Hac fontē dulcē quē in deserto petra pmōstrauit degustare cuz sincera fide renesqz constringi los tos i mari anguē eneuz in cruce spēculari. Hac igni sancto prīlqz verbo qđ rubus vt flāmā nu por tasti virgo mactata pcuali pelle distinctos pede mundis labiis cordeqz propinquare: Audi nos nā te filiꝰ nihil negās honorat. Salua nos iesu pro quibꝰ virgo mr te orat Hac fontē boni vistere da puros mētis oculos i te defigere Quo hausto sapie sapiē vite valeat mēs intellige re. Christianismi fidē opibꝰ redimire brēqz fine ex huiꝰ incolatu seculi auctor ad te transire.

In lxx
Vel loco tractus
Prosa
Inuiolata: ut
infra folio 320

Audi filia et Tractus in.lxx. vide et inclina aurē mā quia cōcupiuit rex spēm tuā. ℣ Vultū tuū deprecabūt oēs diuites plebis filie regū in honore no ℣ Adducent regi virgies post eā proxime eius offerēt tibi. ℣ Offerent in letitia et exultatiōe adducent in templū regis. S. Lucā

In illo.i.t. Extollēs vocē quedam mulier de turba: dixit ad iesū

Btūs vent qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit Quinimo. Btī q audiūt verbū dei et custodiūt illud. Credo dicitur. Offert.

Recordare virgo mr dū steteris i cōspectu dei: vt loquaris pro nobis bona et vt auertas indignationē suā a nobis. Secreta.

Tua dīne ppitiatiōe et btē marie semp virginis intercessione ad ppetuā atqz pūtem hr oblatio nobis pficiat plperitatem. Pdo. Prefatio. Cte in veneratiōe. Comī.

Btā viscera marie virgis que portauerūt eterni regis filium.

Aue regia celoz mr regis angeloz. o maria flos virginū velut rosa vel liliuz funde preces ad filiū pro salute fidelium. Vel ista Comī.

Sancta dei genitrix virgo semper maria intercede pro nobis.

Sūptis dīne salutis nre subsidijs. da qs nos btē semp virgis marie pcōnijs vbiqz pregr: in cui⁹ veneratiōe hr tue obtulim⁹ maiestati. Pdōm nostrū iesum.

sanctis suis paratã sibi i nobis ueniat mãsionẽ. Qui te
Precinge qs dñe Secreta.
deus noster lũbos mẽtis nre diuina tua uirtute ptẽter: ut
ueniẽte dño iesu christo filio tuo cũ oibus sanctis digni in-
ueniamur etne uite conuiuio et uota celestiũ dignitatuz ab
ipso pcipere mereamur. ℣ cũ
Exultemus qs dñe Compl.
deus noster oẽs recti corde in unitate fidei cõgregati. ut ue-
niente saluatore nostro filio tuo cũ oibus sanctis imacu-
lati occurram⁹ illi in eius san
ctorũ comitatu. ℣ eundem.
In festis nouem lectionũ ge
neralis Collecta Ad impetrã
dũ sanctoz suffragia ab In
nocentio papa edita Oratio
Actis nos dñe q-
sumus mẽtis i cor-
poris defende pcul: et intercedẽte gloriosa uirgine
dei genitrice maria cuz beatis
apostolis tuis petro i paulo
et oibus sanctis salutẽ nobis
tribue benignus i pacem: ut
destructis aduersitatib⁹ i erro-
ribus uniuersis. ecclesia tua
secura tibi seruiat libertate. ℣ e
Exaudi nos deus Secret.
saluatoris noster. ut p hui⁹ sa-
cramenti uirtutẽ a cũctis nos
mentis i corpis ipsius⁹ tuea-
ris. grãm tribuens in pñti et
gloriam in futuro. ℣. Cõpl
Mundet i muniat qs dñe di-
uini ños sacramẽti mun⁹ ob-
latum: ut intercedente btã uirgi
ne dei genitrice maria cũ bẽs
apostolis tuis petro i paulo i
oĩb⁹ sanctis a cũctis nos red-
das quesitatib⁹ expiatos et
aduersitatib⁹ expeditos. ℣ cũ.
De omnibus sanctis feriali-
bus diebus. Collecta.
Concede qmus ops deus
ut sancta dei gẽitrix uirgo ma-
ria. sanctiq tui apostoli. mar-
tyres. confessores. uirgines
atq omnes sancti quoruz re-
liquie in ista continentur eccle
sia patrocinijs nos ubiq ad
iuuent: quatenus hic in illoz
presenti suffragio tranquilla
pace in tua iugiter laude lete-
mur. ℣ eundem.
Munera tua mise- Secreta

Complenda de oĩbus sctis
Concede qmus ops deus/ ut participes sacñmenti
t passionẽ/ resurrectionẽ/ et ascensionẽ filij
tui/ et intercessionẽ sctoz tuoz/ cũ eisdem ad
etzne beatitudinis gloria pducamur. ℣ eund

ricordis maiestati oblata benigno ꝙs suscipe iuitu: vt eoꝝ nobis ꝓcibus fiāt salutaria: quoꝝ sacratissime in hac basilica reliquie sūt recondite. ℣ Diuina libātes mysteria ꝙs dñe: vt eorum nos vbiq; intercessio ꝓtegat quorū hic sacra gaudem⁹ habere patrocinia. ℣ De quolibet patrono. Collecta.

Deuotionem ꝙs dñe nobis famulis tuis p huius sancti. N. q̄m ꝓfuit recipere ecclia merita gloriosa: vt eius pia intercessiōe ab oibus ꝓtegamur aduersis. ℣ dñm nostrum. Secreta.

Suscipiat clemētia tua ꝙs dñe de manib⁹ nr̄is munus oblatū: a p huius sancti. N. oronesl ab oib⁹ nos mūdet peccatis. ℣ Diuina libātes mysteria dñe q̄ p huius sancti. N. veneratiōe tue obtulim⁹ maiestati: pr̄a ꝙs. vt p ea veniam mereamur petoruꝝ a celestis gr̄e donis reficiamur. ℣ dñz

℣ Pro oi gradu ecclesiastico. Collecta.

Exaudi ꝙs dñe p oi gradu ecclie supplicum ꝓces. a deuoto tibi pectore famulātes ꝓtua defensione custodi: vt nullis ꝓturbationibus impediti libera seruitute tuis semp exhibeam⁹ officijs. ℣ dñm no. Secreta.

Suscipe dñe ꝓces a hostias ꝓ oi sancte ecclesie tue gradu: eosq; sanctoꝝ tuoꝝ ꝓcibus in cunctis ꝓtege bonis. ℣ dñm

Tua nos dñe ꝙs mediuinalis operatio a cūctis exuat clementer piacul: a famulos tuos in cūctis sacris officijs cōstitutos tuis sp faciat inhere mādatis. ℣. Alia missa ꝓ oi gradu ecclesiastico. Collecta.

Omnipotēs a misericors deus respicere dignare sup aplicā dignitatem. a sup vniuersos grad⁹ ecclīasticos vt sicut vniuersa a te creata sūt. sic vniuersi in suo ordine a te dirigantur. ℣. Secreta.

Hostias tibi dñe laudis offerimus i cōmemoratiōe oium graduū ecclāstici ordis: vt a te habeāt velle atq; posse custodire christianā religionez. ℣ dñm nostrū. Complem.

Sūptis dñe lacrāmētis corpris ⁊ languinis dñi nostri iesu christi.petimus: vt apl̄ico gradu atq; vniuersali ecclesiastico ordini semp ⁊ vbiq; pficiant ad tutelam anime ⁊ corpris.℣.e. **Pro dño papa.**

Protector Introitus.

Dñr aspice deus et respice in facie christi tui quia melior é dies vna i atriis tuis sup milia ℟s Quā dilecta tabernacla tua dñe virtutū cōcupiscit et dēficit anima mea i atria dñi. **Collecta.**

Deus oium fidelium pastor ⁊ rector famulū tuū N.quē ecclesie tue pesse voluisti.piā' respice. da ei qs verbo ⁊ exēplo quib' pest pficere. vt ad vitā vna cuz grege sibi credito pueniat sempitnā. ℣

Lectio Esaie prophete

Et dicit dñs ds Seru' me' es tu isrl' qa i te glificabor Et dixi inuanū laborauí. sine causa ⁊ vane fortitudinem meā cōsumpsi. Ergo iudicium meū cū dño. ⁊ opus meū cum deo meo. **Graduale.**

Saluū fac seruū tuū ds me' spe rantē in te. ℣ Auri' pcipe dñe oronē meam. **Alla** ℣ Dilexi qm exaudiet dñs vocem meam

Jn.i.t. Scdm Johannez.

Di.ie.discip.s. Qui habet mādata mea ⁊ seruat ea ille est q̄ diligit me. Qui aūt diligit me diliget a pre meo ⁊ ego diligā eū ⁊ mānifestabo ei meipsum. **Offert.**

Ad te dñe leuaui aiam meam deus meus i te cōfido nō erubescā. neq; irrideāt me inimici mei eteni vniuersi qui te expectāt non confundent dñe. **Secreta.**

Oblatis qs dñe placare mutterib' ⁊ famulū tuū antistitē nrm. N. quē pastorē ppulo tuo pesse voluisti assidua pte tiōe guberna: ℣dō. **Comū.**

Qui meditabit in lege dñi die ac nocte dabit fructū suū i tpe suo

Het nos qs dñe diui- **Cōpl.** ni pceptio sacri pficiat: ⁊ famuluz tuū. N. pontificē nrm quez ecclie tue pesse voluisti vna cuz cōmissa sibi grege sp saluet ⁊ muniat. ℣ dñm no.

Oro episcop Collecta.

Omnipotēs sempitne de-

us qui facis mirabília magna solus pretende sup famulum tuũ antistitem nostrum. ℣. et sup cunctos illi cõmissos spiritũ gratie salutaris: et vt i veritate tibi complaceãt perpetuũ eis rorem tue bñdictionis infunde. ℟. dv. **Secreta.**

Hostias dñe famulorũ tuorum placatus intende: et quas in honorem nois tui devota mente p eis celebram⁹. pfice re sibi sentiant ad medelã. ℟

Q uos celesti re- **Compleda**
creas munere perpetuo dñe tomitare psidio: et quos fouere nõ desinis dignos fieri sempiterna redemptione tonede ℟ dñm nostrũ iesum christũ

Pro imperatore. Introitus

Omin⁹ fortitudo plebis sue et protector salutariũ christi sui ẽ. saluũ fac pplũ tuũ dñe et bñdic hereditati tue et rege eos vsq; in seculũ. ℣ Ad te dñe clamabo de⁹ me⁹ ne sileas a me. neqñ taceas a me et assimilabor descendentib⁹ in lacum.

Deus regnorũ om **Colle.**
niũ et christiani maxie

ptector imperij. da seruo tuo impatori nr̃o ℣. triũphũ virtutis tue sciẽt extollere: vt qui tua cõstitutõe est princeps tuo munere semper sit ptẽs. ℟ dv

Lemo epl̃e beati Petri apli.

Charissimi: Subiecti estote oi creatũe hũane ppt̃ deũ: siue regi quasi pcellẽti. siue ducib⁹ tanq; ab eo missis ad vindictã malefactorũ i laudẽ vero bonorũ. Quia sic ẽ volũtas dei. vt bñfacientes obmutescere faciatis imprudẽtiũ hoiũ ignorãtiã. Quasi liberi et nõ quasi velamẽ habẽtes malicie libertatẽ. Sed sicut serui dei. oẽs honorate. fraternitatẽ diligite. deũ timete. regẽ honorificate. Serui subditi estote i oi timore dñis vestris. ℣ Non tm̃ bonis et modestis. sed etiam discol. hec ẽ enim grã i christo iesu dño nostro. ℟ Saluũ fac seruũ tuũ dñe ℣. Deꝫ me⁹ sperãtẽ in te. ℟ Aurib⁹ pci pe dñe oronẽ meã ℣ Ilãa ℟ Domine in virtute tua letabit̃ rex et super salutare tuũ exultabit vehemẽter **Euãg.** ℣ Btũtes phari

sci consiliū inierunt. R dñica xxiij. post pentecosten. c. lxxvij.
Populū humilem saluū Off.
facies dñe et oculos superbe humiliabis quoniam quis deus p̄ter te domine Secreta
Suscipe dñe p̄ces et hostias ecclesie tue supplicātis p̄ salute famuli tui. A. imperatoris et protectione fidelium populoꝝ et antiqua brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis. secura tibi seruiat christiana libertas. P dn. Com.
Illumina faciem tuam sup̄ seruum tuū et saluum me fac in tua misericordia dñe nō cōfundar quoniā inuocaui te. Complen.
Deus q̄ ad p̄dicandū eterni regis euangeliū romanū imperiū preparasti. p̄tende famulo tuo. A. imperatori nostro arma celestia. vt pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. P dñm nostrū
Pro Rege et populo Introi.
Salus populi ego sum dicit dñs. de quacūq; tribulatiōe clamauerint ad me exaudiam eos. et ero illoꝝ dñs imperpetuū. P Attende populе meus legem meā inclinate aurē vestram i verba oris mei. Collecta.
Deus q̄ cōteris bella et impugnatores in te sperātium potentia tue defensionis expugnas auxiliare q̄s dñe famulo tuo regi nostro. A. populoq; suo sibi subiecto p̄ quibus misericordiā tuā supplici ter imploramus: vt te parcente remissionē peccatoꝝ accipiant et cuncta sibi aduersantia te adiuuāte superare valeant. P
Fratres: Ad Ephesios
Nō cesso grās agere p̄ vobis memoriā vri faciēs i orōnib⁹ meis: vt ds dñi nri ihesu christi. p̄r glorie det vobis spūm sapie et reuelatiōis in agnitionē ei⁹ illūiatos oculos cordis vri: vt sciatis q̄ sit spes vocatiōis eius et q̄ diuitie glie hereditatis eius in sanctis: et q̄ sit supereminens magnitudo virtutis ei⁹ in nos. q̄ credim⁹ ēm operationē. Potētie vtutis ei⁹ quā operat⁹ ē i christo: suscitās illū a mortuis et cōstituēs ad dexteraz suā i celestib⁹ supra

omnem principatū ⁊ potestatem ⁊ virtutem ⁊ dñationē. ⁊ omne nomen quod noiatur non solum in hoc seculo. sed etiam in futuro. ⁊ oīa subiecit sub pedibus eius. Et ipsum dedit caput supra omnē ecclesiā que est corpus ipsius ⁊ plenitudo eius: qui oia in omnib⁹ adimplet. **Graduale.**

Conuertere dñe aliquātulum et deprecare super seruos tuos. ℣ Dñe refugium factus es nobis a generatiōe et progenie Alleluia. ℣ Ostēde nobis domine misericordiā tuam et salutare tuū da nobis. **S. Johīs.**

In illo tempore. Sublevatis iesus oculos in celum dixit. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum. ⁊ illi sint mecum: vt videāt claritatem meam quam dedisti mihi quia dilexisti me ante constitutionē mundi. Pater iuste mundus te non cognouit ego autē te cognoui. Et hi cognouerūt quia tu me misisti: et notum feci eis nomen tuum et notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit. et ego in ipsis. **Offert.**

Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuū dñe quoniā nō derelinquis querentes te. psallite dño qui habitat in sion quoniam non est oblit⁹ orationes pauperum. **Secreta.**

Sacrificium dñe qd̄ imolamus ppiciatus intende vt ab omnibus nos exuas vitijs nec̄cia. ⁊ in tue pietatis securitate constituas ⁊ famulū tuū .N. regem nostrum ac populū sibi subiectum ⁊ a peccatis absolue: ⁊ ab hostium visibiliū et inuisibiliū tutum insidijs atq; securum effice. Pdñm. Inclina aurem tuam **Com.** accelera vt eruas nos. **Compl**

Sacrosancti corpis ⁊ sanguinis dñi nostri iesu christi refectione vegetati. supplices te rogamus ops deus: vt per te medio singulari famulū tuū .N. regem nostrū. populumq; sibi subiectum ⁊ ab omni puritates contagione peccatoruz. et a cunctoruz munias incursione periculorum. Pdñm.

Pro ipso Sacerdote

Ac mecū dñe signū in bono. vt videant qui me oderūt et confundant. qm̄ tu dñe adiuuisti me et cōsolat⁹ es me. ℣ Inclina dñe aurē tuā et exaudi me qm̄ inops et pauper sum ego.

Sine Gloria in ex. Collecta.

Omnipotēs sempiterne de⁹ qui me peccatorē sacris altaribus astare voluisti et silenois tui laudare potentiā. cōcede queso p huius sacramēti mysteriū meox michi veniaz peccatox: vt tue maiestati digne ministrare merear. ℟ Do.

Charis Ad Timotheū.

Olime. Fidelis ēmo et oi acceptiōe dign⁹: ēa iesus christus venit in hūc mūdū pcātōres saluos facere quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiā consecut⁹: vt in me primo ostenderet christ⁹ iesus oēm patientiā. ad informationē eox qui credituri sunt illi in vitā eternā. Regi aūt seculox imortali inuisibili soli deo hynor et gloria i secula seculorum amen. Graduał

Ab occultis meis mūda me domine et ab alienis parce seruo tuo. ℣ Si mei non fuerint dñati tunc imaculat⁹ ero et emundabor a delicto maximo. Alla ℣ In te dñe speraui non confundar in eternū in tua iustitia libera me et eripe me inclina aurem tuam accelera et eripies me.

Euangeliuz. Vigilate quia nescitis hr̄ā. R̄ supra d̄ uno confessore. fol. cc. lxxix. Offert.

Intende voci orationis mee rex meus et deus meus. Secreta.

Da queso clemētissime pat̄ per huius sacramēti mysterium meox mihi veniā pcōrū vt non ad iudiciuz sed ad indulgentiā huius presbyteratus ordo mihi pficiat sempit̄nam. ℟ dñm no. Com̄.

Ab occultis meis mūda me domine et ab alienis pce seruo tuo

Sūpsim⁹ dñe salutis Cōpl. nr̄e sacramēta celestia. pr̄a q̄sum⁹: vt eox ptīcipatio michi famulo tuo ad ppetuā pfici at salutem. ℟ dñm nostrum

Item pro ipso sacerdote et sibi commissis. Collecta.

℣

Deus cui ꝓpriū est misereri semp ⁊ parcere. maiestatē tuā suppliciť dēpcor vt mihi famulo tuo licet indigno. ꝑ ꝓcibus bēate dei genitricis marie et oīum electoꝝ tuoruꝫ veniā meoꝝ largiri digneris ꝓcatoꝝ: ⁊ famulis ac famulabus tuis q̄ mihi cōsanguinitatis. familiaritatis. commendatiōis. cōfessiōis vel dilectionis vinculo innectunť. viuis ⁊ defunctis quoꝝ noia tibi viuūt ꝓ quib⁹ misericordiam tuā exoro. interuentu omniū supnoꝝ ciuiū. cunctaꝫ ꝓpicius indulgentiā culparuꝫ et plenitudinē eternoꝝ largiaris gaudioꝝ. ℞. e. **Secreta**

Miserere queso dementissime deus mihi famulo tuo licet indigno. qui tpe sacrificiū laudis tue offero maiestati: ⁊ ꝑ ꝓcibus bēate virginis marie et oīum electoꝝ cunctas iniq̄tates meas dele indulgētia tue ꝓpiationis nec plus valeat apud te offensio delinquētis q̄ misericordia indulta precibus supplicātis: ⁊ qđ devota mēte ꝓ peccaminū meoꝝ absolutione exoro proficere mihi sentiā ad medelā. famulis quoq; ⁊ famulab⁹ tuis q̄ mihi cōsanguinitatis. familiaritatis. cōmēdatiōis. cōfessiōis vel dilectiōis vinculo innectunť viuis ⁊ defunctis quorū noia tibi viuūt. ꝓ quibus misericordiā tuā exoro remissionē oīum ꝓcōꝝ ⁊ eternitatis gloriā tribue. ℞. **Complen.**

Sūptis dñe perpetue salutis sacramentis tuā dēpcor clemētiā. vt ꝓ ea me famulū tuū licet indignuꝫ inter ventu sce dei genitricis marie ⁊ oīum electorum tuorum a cunctis iniquitatib⁹ meis ꝓpicio⁹ emūdes atq; ab oīb⁹ aduersitatib⁹ ꝓtegas et eterne felicitatis consortem efficias. famulos etiaꝫ ac famulas tuas q̄ mihi cōsanguinitatis. familiaritatis. cōmēdatiōis. cōfessiōis vel dilectiōis vinculo innectunť viuis et defunctis quoꝝ noia tibi viuunt ꝓ q̄b⁹ misericordiā tuaꝫ exoro ꝑib⁹ oīum sctoꝝ tuorū a cūctis iniq̄tatib⁹ exuas ⁊ ad

sempiterna ꝓmissa ꝑducas. ℙ. Contra ꝑsecutores stat' ecclesiastici. Coll'.

Ecclesie tue qs dñe ꝓces placatus admitte: vt destructis aduersitatib' ⁊ errorib' vniuersis secura tibi seruiat libertate ℙ dñm nostrum. Secreta.

Protege nos qñs dñe tuis mysteriis seruientes: vt diuinis rebus inhęrẽdo ⁊ corpe tibi famulemur ⁊ mẽte. ℙ. Compl'

Omnis dñe ds nr: vt quos diuina tribuis ptĩcipatiõe gaudere. hũanis nõ sinas subiacere periculis. ℙ. Contra temptatiões malarum cogitatiõ.

Omnipotẽs nũ Collecta mitissime ds respice ꝓpicius ꝓces nras: ⁊ libera cor nrm de malarũ temptatione cogitationũ. vt sanctispũs dignũ fieri habitaculum mereamur. ℙ do. eiusdem. Secreta

Has tibi dñe deus offerim' oblatiões: quatenꝰ aias ⁊ corda nra ab oi tẽptatiõe ⁊ cogitatiõe mala librare ⁊ sctispũs gra illũiare digneris. ℙ dñm nostrũ. eiusdem. Complen.

Per hec qs dñe sacrificiũ qd tue obtulim' maiestati. ab oibus corda nra emũda tẽptationib' ⁊ illũina gre tue splendore: vt digna maiestati tue cogitare ⁊ diligere valeam'. ℙ dñm. Cõtra temptatões

Reigne carnis. Colle.

Sctispũs renes nros et cor nrm dñe: vt tibi casto corpore seruiam'. ⁊ mundo corde placeam'. ℙ do. eiusd. Secret.

Disrũpe dñe vincula pcõz nroz. vt sacrificare tibi hostiã laudis absoluta libertate possimus: retribue que ante tribuisti. ⁊ salua nos ꝓ indulgẽtiam quos saluare dignatus es ꝓ gram. ℙ. Complenda

Dñe adiutor ⁊ protector noster refloreat cor ⁊ caro nra vigore pudicitie castimonieq; nouitate: quatenꝰ ꝑ hec sacrificiũ qd tue obtulim' maiestati ab oib' mũdemur tẽptatiõibus. ℙ. Pro impetratiõe lachrymarum. Collecta.

Omnipotẽs mitissime deus q̃ sitiẽti ppulo fontẽ viuẽ tis aque d' petra eduxisti. educ

de cordis nostri duricia compunctionis lachrymas: vt peccata nra plangere valeamus. remissionēq; te miserāte meream̄ accipere. ℣. Secret.
Hanc dne qs oblationem quā tue maiestati p̄ peccatis nostris offerim' ꝓpicia' respice. et ꝓduc de oculis nostris lachrymarū flumina quib' debita flāmarū incendia valeant extingui. ℣. Complenda.
Gratiā sanctispūs dne deus cordib' nris clemēt infunde: que nos gemitib' efficiat lachrymarū maculas nrorum diluere peccāt. atq; optate nobis te largiente indulgētie p̄fatet effectū. ℣ dw. eiusdem.
Pro amico Collecta.
Omnipotēs sempiterne deus miserere famulo tuo. ℣. et dirige cū ēm tuā clementiā in viam salutis eterne: vt te dnante tibi placita cupiat et tota virtute pficiat. ℣. Secret.
Proficiat qs dne hec oblatio quam tue supplices offerimus maiestati ad salutē famuli tui. ℣. vt tua ꝓuidentia eius vita inter aduersa et prospera vbiq; dirigat. ℣ Cōpl.
Sumētes dne perpetue sacramenta salutis tuā dēptamur clementiā: vt per ea famulum tuū. ℣. ab oi aduersitate ꝓtegas. ℣. Alia pro amico pe nitente. Coll.
Deus qui iustificas impiū et non vis mortē peccatoꝝ maiestatem tuam supplices dēptamur vt famulū tuū. ℣. de tua misericordia confidentē celesti ꝓtegas benignus auxilio. et assidua eum ꝓtectione conserues vt tibi iugit famulet' et nullis temptationib' a te separet'. ℣
Huius dne virtute Secret mysterij et a ꝓprijs nos mūda delictis: et famulū tuū. ℣. ab oibus solue peccatis. ℣ dw
Purificēt nos dne Compl. qs sacramēta que sumpsim': et famulum tuū. ℣. ab omni culpa liberum esse concede: vt qui conscientie reatu constringitur. celestis remedij plenitudine glorietur. ℣ dñz nostrū iesum christuz filiū tuū. Qui tecum viuit et reg.

Pro pluribus amicis seu familiaribus. Collecta.

DEus q̄ charitatis dona p̄r grāz sancti spūs tuoz cordibus fideliū infudisti. da famulis ꝛ famulab⁹ tuis pro q̄bus tuā deprecamur demētiam salutem mentis ꝛ corpis vt ꝛ te tota virtute diligant et que tibi placita sunt tota dilectione p̄ficiant. ℣ eiusdem.

Secret.

MIserere q̄s dñe famulis ꝛ famulab⁹ tuis. ℣. p quibus tibi sacrificiū laudis tue offerim⁹ maiestati: vt p̄ tuā sancta supne būdictiōis grāz obtineant. ꝛ gloriā eterne beatitudinis acq̄rant. ℣. **Compl**

OIuina libantes mysteria q̄s dñe. vt tua salutaria sacramenta illis p̄ficiant ad p̄fectionem ꝛ pacē: p quorū quarumq̄ dilectione tibi tue obtulimus maiestati. ℣ dñm no

Pro tribulatione. Introit.

VOx populi ego sum dicit dñs. de quacūq̄ tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos et ero illoz dñs in p̄petuū ℟ Audite populi me⁹ legem meam inclinate aurē vestram in verba oris mei. **Sine Gloria in excelsis. Collect.**

DEus qui contritoz non despicis gemitū ꝛ mestōrum non sp̄nis affectū. adesto p̄cibus nostris. quas tibi pro tribulatiōe nr̄a effundimus: implorantes. vt eas dementer suscipiens. quicq̄d contra nos diabolice vel hūane moliunt aduersitates ad nihilū redigas ꝛ consilio tue pietatis allidas: quatenus nullis aduersitatib⁹ lesi. sed ab oi tribulatiōe ꝛ angustia liberati. leti in ecclesia tua sancta tibi deo gr̄as referamus. ℣ d

Lectio libri Machabeorum.

IN diebus illis. Dixerūt facerdotes dum offerrēt sacrificiū p̄ populo israel: ionatha incipiante. ceteris autē respondentib⁹ ꝛ dicentib⁹. Benedicat vobis deus: ꝛ memineritt testamēti sui q̄d ab abraā et ysaac ꝛ iacob locutus ē seruoruū suoz fidelium. Et det vobis cor oibus vt colatis eum: et faciatis eius voluntatē. Ad

aperiat dñs cor vestrū in lege sua ⁊ in p̄ceptis suis: ⁊ faciat pacem. Exaudiat oōnes vestras ⁊ reconcilietur vobis: nec vos deserat in tpe malo. dñs deus vester. **Graduale.**

A diutor i opportunitatib' in tribulatione spērēt in te qui nouerūt te qm̄ non derelinquis querētes te dñe. ℣ Qm̄ non in finē oblivio erit paupis patiētia pauper non pibit in eternū exurge dñe nō prevaleat homo. A lla. ℣ Deus iudex iustus fortis et patiens nunquid iraset p̄ singulos dies. **Infra.lxx. Tract' O**ne non sēm̄ peccata nr̄a. vt supra in die cinerū. folio. xxxiij.

JA.i.t.D.i.d.s. **S. Lucā.** Petite: ⁊ dabitur vobis: Querite: ⁊ invenietis. Pulsate: ⁊ aperiet vobis. Omis enī q̄ petit accipit. ⁊ q̄ querit invenit et pulsanti aperiet. Quis aūt ex vobis patrē petit panē. nūquid lapidem dabit illi: Aut piscem: nuquid pro pisce serpentē dabit illi: Aut si petierit ouū. nuquid porriget illi scorpionē: Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vr̄is: q̄to magis pat' ver ster de celo dabit spiritū bonū petentibus se. **Credo** non dr

S i ambulauero i medio **Off.** tribulatiōis viuificabis me dñe et sup̄ iram inimicor̄ meor̄ extēdes manū tuā et saluum me fecit dextera tua. **Secreta.**

Deus qui tribulatos corde sanas ⁊ mestificatos actu letificas. inclitentib' oībus sanctis tuis ad hanc hostiā quaz tibi p̄ tribulatiōe nostra offerimus dignant' attende ⁊ benignus accipe: discrimina nostra depelle. miseriarū ⁊ angustiarū amouē p̄ssurā vt exultē omnibus que patimur mal' in tuis semper mereamur exultare delitijs. P. **Com̄.**

Tu dñe seruabis nos et custodias nos a generatiōe hac in etnum. **Complenda.**

O mitte dñe deus peccata nostra et tribue nobis misericordiam tuam. oriso nostro alloquio deprecatus humilitatem nostram attende. vincula solue. delicta dele. tribulatio

nem inspice. aduersitatē repel
le. effectumq; petitionis nostre
largiens preces nostras de-
menter exaudi. ℞ dñm nost.
Item pro tribulatiõe. Coll.
OMnipotēs sempiterne de-
us mestorū consolatio:
laborantiū fortitudo. perueniat
ad te preces de quacunq; tri-
bulatione clamantiū: vt oēs
tibi in necessitatib' suis misери
cordiam tuam gaudeant af-
fuisse. ℞ dñm. Secreta.
Suscipe dñe ppicius hostias
quibus & te placari voluisti &
nobis salutem potenti pieta-
te restitui. ℞. Complenda.
Oa nobis dñe qs de tribula-
tione letitiam: vt qui diu pro
peccatis nostris affligimur:
intercedentibus oibus sanctis
tuis i tua misericordia respi-
remus. ℞ dñm nostrū iesum.
Pro peccatis Introit' misse.
Si iniquitates obser-
ueris dñe. dñe quis
sustinebit quia apud
te propiciatio est deus israel. ℣
De profundis clamaui ad te do
mine. dñe exaudi vocem meam
Sine Gloria in ex. Collecta:
Exaudi qs dñe supplicū
preces. & confitentiū ti-
bi parce peccatis: vt pariter no-
bis indulgentiaz tribuas be-
nignus & pacem. ℞ dñm no
Lectio Hieremie prophete.
Si iniq̃tates nostre cō-
tenderint contra nos:
dñe libera nos. Quesum' fac
pter nomen tuum: quoniaz
multe sunt auersiones nostre
Tibi peccauimus expectatio is-
rael: saluator noster in tempo
re tribulatiõis. Tu autem in
nobis es dñe: & nomen sanc-
tum tuū inuocatum est super
nos. Ne derelinquas nos do-
mine deus noster. Gradual
Propicius esto dñe peccatis no
stris neq̃n dicant gentes vbi est
deus eorū. ℣ Adiuua nos de'
salutaris noster et propter ho-
norem nois tui dñe libera nos.
Alleluia ℣ Ostēde nobis do
mine misericordiā tuā et saluta
re tuū da nobis Jn. lxx. dicit h
tractus. Oñe non secōm. vt su-
pra in die cinerum fol. xxxiiij.
Euangeliū. Petite & dabit.

vt statim supra in missa pro tribulatione.mc.i. Offert.

Sicut in holocaustū arietum et tauroꝝ et sicut i milib⁹ agnoꝝ pinguiū sic fiat sacrificiū nrm i cōspectu tuo hodie vt placeat tibi quia nō est cōfusio cōfidēt⁹ in te dñe.

Hostias tibi dñe Secreta placationis offerim⁹: vt a delicta nra miserās absoluas. et nutātia corda tu dirigas. ℣ Amen dico vobis quic Comu. quid orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Compl

Presta nobis qs ēne salvator: vt capientes hoc munere veniā pcōꝝ deinceps pcā vitemus. ℣. Itē p pcis alia

Ineffabilē misericordiam tuā nobis dñe clemēt ostende: vt simul nos a a pcis oibus exuas. a a penis quas pro his meremur eripias. ℣ Hec munera dñe Secreta. qs vt vincula nre prauitatis absoluāt: a tue nobis misericordie dona conciliēt. ℣ dn.

Presta nobis dñe Compl. qs: vt terrenis affectib⁹ expiati ad supni plenitudinē sacra menti cuius libauimus sancta tendamus. ℣ dñm nrm.

O Pro inimicis. Collecta

Deus pacis charitatisq; amator a custos da oib⁹ inimicis nostris pacē veramq; charitatē: cūctorūq; eis remissionē tribue pcōꝝ: nosq; ab eorū insidijs potēt eripe. ℣.

Oblatis qs dñe Secreta. placare muneri⁹: a nos ab inimicis nris clementer eripe. eisq; indulgentiā tribue delictorū. ℣ dñm. Complenda.

Ecclesiam tuam dñe quesumus exuat a delictis: a ab inimicorū defendat insidijs. ℣ dñm

In tempore belli. Collecta.

Omnipotēs a misericors Deus a bellorꝝ nos quesumus turbine fac quietos: quia bona cūcta pstabis si pacem dederis mentis a corpis. ℣ dn.

Deus qui puidētia tua celestia simul a terrena moderaris pcūi oblatiōe placatus pspiciare christianoꝝ regibus a regnis: vt ois hostilis furor tuo te pro nobis pugnā te frangat. ℣. Complenda.

Deus humánæ fragilitatis tibi fortitudo regnorũ principiũ christianorũ adesto semper principibus: vt quorum tibi subiecta est humilitas eorũ vbiq; excelsior sit potestas. ℞ dñm nostrum

Pro concordia. Collecta.

Deus largitor pacis et amator charitatis da seruis tuis verã cum tua voluntate concordiam: vt ab oĩbus que nos pulsant temptationibus liberemur. ℞ dñm.

His sacrificijs dñe **Secret.** quĩs concede placatus: vt q̃ pr̃ijs oramus absolui delictis nõ grauemur exẽmis. ℞.

Libera nos dñe **Complẽda** ab omni malo pr̃icioſq; concede: vt que nobis pr̃sentis relaxari ipsi quoq; proximis remittamus. ℞ dñm nostrum

Pro cõgregatiõe pr̃ia. Col'

Defende q̃s dñe bta maria cum omnibus sanctis intercedẽte istam ab omni aduersitate congregationem familiã: et tibi toto corde prostratam ab hostiũ tuere clementer insidijs. ℞ dñm

Suscipe q̃s clemen **Secreta** ter ops ds nr̃e oblationez deuotionis: et p virtutẽ hui' sacramẽti famulos tue maiestatis a cunctis prege aduersitatibus. ℞ dñm.

Complenda

Spiritũ nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos vno pane celesti saciasti tua facias pietate concordes. ℞ dñ. eiusd.

Pro cõgregatiõe pr̃ia Col'

Familiã tuã hui' sacri te nobij q̃s dñe intercedente bto petro ap'lo tuo pr̃ono nostro gubernã perpetuo moderamine: vt assit nobis in securitate cautela et inter aspera fortitudo. ℞.

Secreta.

Defende q̃s dñe istaz ab oi aduersitate familiã: vt intercedente beato petro ap'lo tuo pr̃ono nr̃o et tibi toto corde prosternatur et ab hostiuz libere insidijs. ℞ dñm.

Complen.

Suscipe dñe pr̃ces nr̃as: et per sacramenta que sumpsimus muro custodie tue hoc sanctũ ouile circũda. vt oi aduersitate depulsa sit hoc sp domicilium incolumitatis et pacis. ℞ dñ.

Dro pace. Introitus.
Da pacem dñe sustinentibus te vt prophete tui fideles inueniantur exaudi ꝓces serui tui et plebis tue israel. ℣ Letatus sum in his que dicta sunt michi i domū dñi ibimus. Collecta.
Deus a quo sancta desiderria recta consilia ⁊ iusta sunt opa. da seruis tuis illam quā mūdus dare nō potest pacem: vt ⁊ corda nostra mādatis tuis dedita ⁊ hostiū sublata formidine. tempora sint tua ꝓtectiõe trāquilla. ℣
Fratres: Ad Ephesios
Vos q̄ aliq̄n eratis lōge facti estis ꝑ xpe in spū: in sanguine christi. Ipse enī est pax nr̄a: q̄ fecit vtraq; vnū. Et mediū parietē macerie soluens inimicitias in carne sua legē mandatoꝝ decretis euacuās vt duos condat in semetipso in vnū hoīem nouū faciēs pacem: vt reconciliet ambos i vno corpe deo. p crucē interficiēs inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacē vobis q̄ longe fuistis ⁊ pacē his q̄ prope: quōm ꝑ ipsum habemus accessum ad patrem. Grad.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi i domuz dñi ibim⁹. ℣ Fiat pax in virtute tua et abundantia in turrib⁹ tuis. Alleluia ℣ Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumēti saciat te. Infra. Qui confidūt in dño sicut mons sion non cōmouebit in eternum qui habitat in hierusalē. ℣ Mōtes in circuitu eius et dñs in circuitu ꝑpuli sui ex hoc nūc et vsq; in seculuz.
Ja. i. t. D. i. d. s. S. Joh.
Pacē relinquo vobis: pacem meā do vobis. Nō quomodo mūd⁹ dat. ego do vobis. Nō turbet cor vr̄m: neq; formidet. Audistis q̄a ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq;. quia vado ad patrē quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq; fiat: vt cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enī princeps mūdi huius: ⁊ i me nō habet

quitq̃. Sed vt cognoscat mũ
dus q̃a ego diligo patrẽ: ꝛ sic
ut mandatũ dedit mihi pat
sic facio. Offert.
Populũ humilẽ saluũ facies
dñe et oculos superboꝝ humilia
bis qm̃ quis deus ꝑter te dñe.
Deus q̃ credentes Secreta
in te pp̃los nullis finis concu
ti terroribꝰ dignare ꝑces ꝛ hy
stias dicate tibi plebis suscipe
re: vt paꝝ tua pietate concessa
christianoꝝ fines ab oi hyste
faciat esse securos. ℣. Com̃
Pacem meã do vobis alla pa
cem relinquo vobis alla alla.
Vel ista in. lxx. Com̃.
Tu dñe seruabis nos et custo
dies nos a generatiõe hac i etñ.
Deus auctor pa- Complẽ.
cis ꝛ amator qẽ nosse viue
re. cui seruire regnare est. ꝓte
ge ab oĩbus impugnatiõibꝰ
supplices tuos. vt qui in defen
sione tua confidim⁹. nullius
hostilitatis arma timeamus
℣ dñm. Contra paganos.
Omnipotẽs sem- Coll.
piterne deus in cui⁹ ma
nu sunt oĩum ptates ꝛ oĩa iu
ra regnoꝝ. respice ad roma
num benigꝰ imperiũ: vt gen
tes que i sua feritate confidũt
potentie tue dextera cõprimãt
℣ dñm nostrũ. Secreta.
Hui⁹ dñe qs virtute myste
rij ꝛ a nris mũdemur occultis
et ab hostiũ liberemur insidijs
℣ dñm nostrũ. Complẽda.
Ops deus christiani nomis
inimicos virtute qs cõprime
tue maiestatis: vt pp̃s tuus ꝛ
fidei integritate letet ꝛ tempo
rũ tranquillitate semp exultet
℣ dñm. Ptẽ ꝑ ter agentibꝰ
Adesto dñe supplicationibꝰ nris: ꝛ via fi
delium tuoꝝ in salutis tue ꝑ
spera dispone: vt inter om
nes vie ꝛ vite huius varieta
tes tuo semper protegant⁹ au
xilio. ℣ dñm nostrum iesum
christum filiũ tuũ. Secreta.
Propiciare dñe supplicatio
nibus nostris: ꝛ has oblatio
nes quas tibi offerim⁹ pro fi
delibus tuis benigꝰ assume:
vt via illoꝝ ꝛ precedente gra
cia tua dirigas ꝛ subsequen
te comitari digneris: vt ꝺ actu

atq; incolumitate illoruz tm miſericordie tue pſidia gaudeamus. ℙ dñm. Complē.

Myſteria noſ dñe ſancta purificent: ꝛ viam fideliū tuorū in ſalutis tue ꝓſperitate dignare dirigere: vt inf oēs varietatū ſeculariū caſus tuo ſp ꝓtegant auxilio. ℙ dñm no

Contra nimiam pluuiā Colt

Ad te nos dñe clamātes dignāt exaudi. ꝛ aeris ſerenitatē nobis tribue ſupplicantibus: vt q̄ ꝓ peccatis nr̄is iuſte affligimur. miſericordia tua ꝓpiciente clemētiā tuam ſentiamus. ℙ. Secreta.

Preueniat nos q̄s dñe gr̄a tua ſemp ꝛ ſubſequat. ꝛ has oblatiōes quas ꝓ peccatis nr̄is noi tuo dicandas deferimus benignus aſſume: ꝛ p̄ intercſſionē oium ſanctoz tuoz nobis ꝓficiant ad ſalutē. ℙ dñm.

Omn̄s op̄s deus Complen. clementiam tuā: vt inundantiam coercens imbriū ꝛ hylaritatē tui vult̄ nobis impartiri digneris. ℙ dñm noſtrū

Ad postulandū pluuiā Colt.

Deus in quo viuimus mouemur ꝛ ſum̄ pluuiam nobis tribue congruētem: vt ꝓſentib̄ ſubſidijs ſufficient adiuti ſempiterna fiducialius appetam̄. ℙ. Secre.

Oblatis dñe placare mūeribus: ꝛ oportunū nobis tribue pluuie ſufficiētis auxiliū ℙ dñm noſtrum. Complē.

Op̄s ſempiterne deus qui ſaluas omnes ꝛ neminē vis perire. aperi fontem benignitatis tue: ꝛ terrā aridam aquis celeſtibus dignanter infunde. ℙ dñz noſtz ieſum chriſtū

Contra tempeſtatē ventoz tonitruoz vel choruſcationem.

Adomo tua q̄s Collect. dñe ſpūales neq̄tie repellant: ꝛ aeream diſcedat malignitas tēpeſtatū. ℙ Secre.

Offerim̄ tibi laudes ꝛ mūera dñe: pro conceſſis bñficijs gr̄as exhibentes ꝛ pro concedendis ſemp ſuppliciter deprecantes. ℙer. Complenda.

Op̄s ſempiterne deus q̄ noſ et caſtigando ſanas ꝛ ignoſcendo conſeruas. preſta ſuppli-

tibus tuis: vt ꝛ trāquillitatibus huius optate consolationis letemur. ꝛ dono tue pietatis semper vtamur. ℞ dōm n

Contra sterilitatē terre. siue pestilentiā et famē. Ōro.

OMnipotēs dñe pie supplicationis effectū. ꝛ pestilentiam famēq; ꝓpitiatus auerte: vt mortaliū corda cognoscāt et te indignāte talia flagella ꝓdire ꝛ te miserāte cessare. ℞

Deus qui humani generis vtrāq; substātiam ꝑsentiū munerū ꝛ alimēto vegetas ꝛ sacramēto renouas. tribue qs: vt eoꝝ subsidium ꝛ corpibus nr̄is nō desit ꝛ mentibus. ℞ dōm.

Completa

Guberna qnīs dñe ꝑpalibus adiumentis: quos dignaris eternis reformare mysteriis. ℞ dōm.

Pro infirmo. Int

EXaudi deus oronē meā et ne despexeris deprecationem meā intende in me et exaudi me. ℣ Contristat⁹ sum in exercitatiōe mea et cōturbat⁹ sum a voce inimici

Sine Gloria in excelsis.

Collecta.

OMnipotēs sempiterne deus salus eterna credentiū exaudi nos pro infirmo famulo tuo. N. ꝓ quo misericordie tue imploram⁹ auxilium: vt reddita sibi sanitate gr̄arū tibi in ecclesia tua referat actionē. ℞.

Lectio epistole beati Jacobi apostoli.

FRatres: Tristat aliqs vestrum: oret equo animo ꝛ psallat. Infirmat quis i vobis: inducat p̄sbyteros ecclie. et orent sup eū vngentes eū oleo i noie dñi: ꝛ oratio fidei saluabit infirmū. Et alleuiabit eum dñs: ꝛ si in ptis sit dimittent ei. Confitemini ergo alterutrū peccata vestra: ꝛ orate ꝓ inuicem vt saluemini. Gr̄

Miserere michi qm̄ infirm⁹ sum sana me dñe. ℣ Conturbata sunt omnia ossa mea et aia mea turbata est valde.

Alla ℣ Domine deus salutis mee i die clamaui et nocte coram te

Infra. lxx

Ad te leuaui oculos

Tractus.

meos qui habitas i celis. ℣ Ecce sicut oculi seruoꝝ in mānib⁹ dñoꝝ suoꝝ. ℣ Et sicut oculi ancille i

manibus dñe sue. ℣ Ita oculi nostri ad dñm deuz nrm donec misereat nostri ℣ Miserere nobis dñe miserere nobis. Sequ

In illo tempore. Cū implesset Lucā. iesus oia verba sua i auribus plebis: intrauit caphar naum. Centurioīs aūt cuiusdam seruus male hns erat moriturus: qui illi erat pciosus. Et cū audisset de iesu misit ad eū seniores iudeoz: rogās eū vt veniret z saluaret seruū ei. At illi cū venissent ad iesuz rogabāt eū sollicite: dicentes et. Quia dignus ē: vt hoc illi prestes. Diligit enī gentē nostrā et synagogam ipse edificauit nobis. Jesus aūt ibat cū illis Et cū iam nō longe esset a domo: misit ad eū centurio amicos dicens. Dñe noli vexari: non enī dignus sum vt sub tectum meū intres. Propter qđ z meipsum non sum dignū arbitratus: vt veniré ad te. Sed dic verbo: z sanabit puer meus Miserere mihi dñe. Secōm Offi. magnā misericordiā tuam dele dñe iniquitatē meam. Secreta

Deus sub cuius nutib⁹ vite nostre momēta decurrūt suscipe preces z hostias p famulo tuo. N. egrotante: pro quo misericordie tue imploram⁹ auxiliū: vt de cui⁹ periculo meuim⁹ de eius salute letemur. Pr dñm nostrum iesum christum filiū tuū. Comī.

Redime me deus israel ex omnibus angustiis meis. Compl

Deus infirmitatis humane singulare presidiū auxiliū tui sup infirmū nrm ostende virtutem: vt ope misericordie tue adiutus ecclesie tue sancte sanus repsentari mereat. Pr dñm nostrum iesum christuz filium tuū. Qui tecum viuit Contra mortalitatem. Inc.

Recordare domine testamenti tui et dic angelo pcutienti cessetiam manus tua vt non desolentur terra et ne perdas omnem animā viuam ℣ Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Sine G loria in excelsis.

Deus qui non Collecta: morte sed pnitētiā desi

deras pcatoꝝ.ppulū tuum
qñs ad te conuerte ꝓpicius:
vt dum tibi deuotus extiterit
iracundie tue ab eo flagella
amoueas. ℣ Lec.li.Regum

In diebus illis. Immisit dñs
pestilentiam in israel de mane
vsq; ad tempus constitutū: et
mortui sunt de ppulo a dan
vsq; bersabee septuaginta mi-
lia viroꝝ. Cūq; extendisset an
gelus dñi manū suā sup isra-
el vt disperderet eā: miserꝰ est
dñs sup afflictionez eius. Et
angelo percutienti ppulū di-
xit. Sufficit nunc: contine ma
num tuam. Erat aūt angelus
dñi iuxta areaz areuna iebu-
sei: Dixitq; dauid ad dñz: cuz
vidisset angelū cedentē ppu-
lum. Ego sum qui peccaui: et
ego inique egi. Isti qui oues
sunt quid fecerunt: Vertatur
obsecro dñe ira tua cōtra me:
et contra domum patris mei.
Venit autem gad ꝓphēta do-
mini ad dauid in die illa: et di
xit ei. Ascende et constitue alta
re dño in area areuna iebu-
sei. Et ascēdit dauid iuxta ser-
monem gad: quem precepat
ei dñs. Conspiciensq; areuna
animaduertit regem et seruos
eius transire ad se: et egressus
adrauit regem prono vultu
in terram et ait. Quid cause ē
vt veniat dñs meus rex ad ser
uum suū: Cui dauid ait. Vt
emam a te aream et edificem
altare dño: et cesset interfectio
que grassatur in ppulo. Et
ait areuna ad dauid. Accipi
at et offerat dominꝰ meus rex.
sicut placet ei. Ecce ergo da-
uid aream: et edificauit ibi al
tare dño. et obtulit holocau
sta et pacifica. Et repropiciatꝰ
est dominus terre: et cohibita
est plaga ab israel. Grad.

Misit dominus verbum suuz
et sanauit eos de interitu coruz.
℣ Confiteantur domino misе-
ricordie eius et mirabilia eius fi
liis hominum.

Alleluia ℣ Sanabo ppulū
in medio hierusalem et ero illi i
deum in veritate et iusticia. Infra septuagesimā Tract' A d
te leuaui oculos meos. vt supra
pro infirmo. fo. cc. v.

Ja.i.c. Scdm Matthæum.
Cū venisset iesus in dom̄ petri: vidit socrū eius iacentē et febricitantē. Et tetigit manū eius: et dimisit eā febris. Et surrexit: et ministrabat eis Vespe aūt facto: obtulerūt ei multos demonia habentes. Et ejiciebat spūs verbo: et oēs male habentes curauit. Vt adimpleret qđ dictū est p esaiam pphetā: dicentē. Ipse infirmitates nostras accepit: et egrotatiōes portauit. Offer.
Sedit pontifex iuxta mortuos et viuentes habens thuribulū aureum in mānu sua et offerens incensi sacrificiū dño. et cessauit plaga a populo. Secreta
Subueniat nobis dñe q̄s sacrificij p̄tis oblatio: que et nos ab vniuersis erroribus potent absoluat. et a totius eripiat pditiōis incursu. P dñm
Mulitudo languētiū Com̄.
et qui vexabant a spiritib' immūdis veniebant ad eum quia virtus de illo exibat et sanabat oēs
Tuere nos dñe q̄s Compl.
tua sancta sumētes: et ab oib' pricius inīcitatib' defende. P
Contra pestilentiā aialiū Col
Deus q̄ labor̄ibus hom̄i nū etiam de mutis aialibus solacia subrogasti. supplices te rogam': vt sine quibus non alitur humana condicio. nostris facias vsibus non pire. P dñm. Secreta.
Sacrificijs dñe q̄s placatus oblatis. opem tuā n̄ris tribʼ dementer impende. P. Cōpl.
Beñdictionē tuā dñe p̄s fidelis accipiat: qua corpore et mente saluatus et cōgrua tibi exhibeat seruitutē et pricationis tue bñficia semper inuenīat. P. Generalis Collecta.
Omnipotēs sempiterne deus q̄ viuor̄ dñaris simul et mortuor̄. oīumq̄ miserer̄is quos tuos fideles opere futuros esse p̄noscis. te suppliciter exoram': vt p quib' effūdere p̄ces dignū quoscq̄ vl' p̄tis adhuc seculū in carne retinet vel futurū iam exutos corpore susceptit. pietatis tue clementia delictor̄ suor̄ oium veniam et gaudia cōsequi me

reantur eterna. ℣. Secreta.
Deus cui soli cognitus ē nu
merus electoꝝ in supna felici
tate locandus. respice ꝓpicius
ad munera que sacram⁹ ꝛ cri
bue. vt vniuersoꝝ quos i ora
tione cōmēdatos suscepimus
vel oium fideliū noia beate p̄
destinatiōis liber asscripta re
tineat. ℣ dñm. Complē.
Purificēt nos q̄s oꝑs ꝛ mi
sericors deus sacramēta que
sumplim⁹: ꝛ pra: vt ꝑ tuū sa
cramētum non sit nobis rea
tus ad pnam. sed intercessio sa
lutaris ad veniaꝫ: sit ablutio
sceleꝝ. sit fortitudo fragiliuꝫ.
sit contra mūdi pricula firma
mentū sit viuoꝝ atq; mortuo
rum fideliū remissio oium pec
catorū. ℣. Itē generale Coll
Oratte tua q̄s dñe nr̄o
rum solue vincula oiuꝫ
delictorum. ꝛ intercedente bea
ta maria semper virgine cum
omnibus sanctis tuis. dñm
apostolicū regem ꝛ antistitem
nostrum: seu cunctas congre
gatiōes illis cōmissas. ꝛ nos
famulos tuos atq; locum no
strum in omni sanctitate ꝛ re
ligione custodi: omnesq; affi
nitate ꝛ familiaritate nobis
coniūctos a vicijs purga. vir
tutibus illustra pacem ꝛ salu
tem nobis tribue. hostes visi
biles ꝛ inuisibiles remoue: ae
ris temperiez indulge. fruges
terre concede: carnalia delide
ria repelle. inimicis nostris et
nobis veram charitatem lar
gire: pegrinātib⁹ reditum. in
firmantibus sanitatem: na
uigātibus portum salutis in
dulgeas: ꝛ omnibus fidelib⁹
viuis ꝛ defunctis in terra vi
uentium vitam pariter ꝛ req
em eternam concede. ℣ dñm
Deus qui singu Secreta
lari corporis tui hostia totius
mundi soluisti delicta. hac ob
latione placatus maculas sce
lerum nostrorum absterge: ꝛ
omniū christianorū viuorū
et mortuorum peccata dimit
te nobisq; premia vite eterne
concede. Qui. Complenda.
Sumpta quesumus dñe cele
stia sacramenta oia crimina
nostra detergant. omnemq;

prauitatem ⁊ infirmitatē seu
ystlicam rabiē atq; subitaneā
am mortem meritis istoꝝ et
omniū sanctoꝝ a nobis ꝓcul re-
pellant: ⁊ omnib' fidelib' viuis
et defunctis ꝓsint ad veniam
pro quoꝝ tibi sunt oblata sa
lute. ℣ dñm. Dñicis diebus
post vltimā Collectā et Com-
plen. addatur clausula subse-
quens Et famulos tuos. ℣
papam et. ℣. antistitez nr̄os
vnacū vniuersa ecclesia catho-
lica ab oi aduersitate custodi.
℣ dñum nostruz. vel Qui.
℣ Alia sup sponsum et spōlaz.

BEnedicta sit sancta trini-
tas atq; indiuisa vnitas
confitemi ei quia fecit nobiscum
misericordiā suam. ℟ Gñdica
mus patrē et filiū cuz sancto spū.

EXaudi nos oēs Oro
et misericors de⁹: vt qđ
nostro ministratur officio tua
benedictiōe ꝓcius impleatur
℣ dñm. ℣ Ad Corinthios.

FRatres: Nescitis quo-
niā corpora vestra mē-
bra sunt christi: Tollens ergo
membra christi faciam mem
bra meretricis: Absit. An ne-
scitis quoniā qui adhęret me-
retricī. vnū corpus efficitur:
Erunt inq̄t duo in carne vna
Qui aūt adhęret dño: vnus
spūs est. Fugite fornicationē
Omne enī quodcunq; pecca-
tum hō fecerit: extra corp'
est. Qui autez fornicat: in cor-
pus suum peccat. An nescitis
quoniam membra vestra tē-
plum sunt spūsancti qui i vo
bis est. quem habetis a deo: ⁊
non estis vestri: Empti enim
estis precio magno: glorifica
te ⁊ portate deū in corpe vro.
℣ Alia Epistola. Ad Corinth.

FRatres: De virginibus
preceptum dñi non ha
beo. consilium autem do tāq̄
misericordiā consecutus a do
mino. vt sim fidelis. Existimo
ergo hoc bonum esse propt' in-
stantez necessitatem. quoniā
bonum est hōmini sic esse. Al-
ligatus es vxori: noli quere-
re solutionez. Solutus es ab
vxore noli querere vxorē. Si
aūt accepis vxorē nō peccasti.
et si nupserit virgo nō peccat.

